

Dc 1713



A V C T O R I T A T E
E T
S V B A V S P I C I I S
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
D O M I N I
G V S L I E L M C I
S. R. I. ELECTORIS, KASSIAE LANDGRAVII REL.
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI
AD
NOVI MAGISTRATVS ACADEMICI
IN AVGVRATIONEM
IPSIS CALENDIS JANVARII A. C^{CC}CCCCV
CELEBRANDAM
EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA INVITAT
ACADEMIAE AD HVC PRORECTOR
A L B. F A C. A R N O L D I
THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR PRIMARIUS.

INEST CHRONICI SYRIACI ABVLPHARAGIANI E SCRIPTORIBVS
GRAECIS EMENDATI, ILLVSTRATI, SPECIMEN.

M A R B U R G I,
TYPIS KRIEGERI ACADEMIAE TYPOGRAPHI



T. Gildemeister
Brem. 1836



CHRONICI SYRIACI ABULPHARAGIANI CUM
SCRIPTORIBUS GRAECIS COLLATI
SPECIMEN.

Chronici Syriaci tripartiti, a GREGORIO ABULPHARAGIO seu
BARHEBRAEO *) conscripti, quanto maius desiderium excitaue-
rat luculenta operis notitia, a JOSEPHO SIMONIO ASSEMANO **)
orbi literato impertita, multisque speciminibus commendata:
tanto audius excepta fuit prima eaque potior pars, quam post
septuaginta circiter annorum interuallum PAULUS IACOBUS
BRUNS et GEORGIVS GUILIELMVS KIRSCH VV. C. et D. consociato
studio

*) A patre Aarone medico etiam *Bar-Aaron*, nec non *Ebn Hakim* dictus,
patria Melitensis fuit, secta Jacobita, dignitate Maphrianus Orient-
is i. e. secundus a patriarcha ecclesiarum suae partis per Assyriam et
Chaldaeam antistes, natus a. 1226, denatus a. 1286. vid. E. POCOCKII ad
eiusdem *Historiam Dynastiarum* (Oxon. 1663. 4.) praefat. E. RE-
NAUDOT *Liturgg. Orient.* T. II. p. 469. HERBELOT v. *Aboulfarage*,
sed in primis J. S. ASSEMANI *Biblioth. Orient.* T. II. c. 42, p. 244. ss.

**) *Biblioth. Orient.* T. II. p. 311 — 460. Sed et Tomo III. multa in-
sunt ex isto Barhebraei chronicō excerpta.

studio typis vulgarunt*). Quo nomine etsi duumuiris istis magnam debent habentque gratiam tum historicae doctrinae, tum literarum Orientalium amantes, vehementius tamen dolent, quotquot harum rerum periti atque idonei sunt arbitri, in edendo libro non tantum positum esse curae ac diligentiae, quantum et pretio ipsius debebatur, et communem eius utilitatem promouendi consilio, quae sane eo, quo nunc quidem habitu editus est liber, haud parum imminuta videtur. Quodsi enim quae critici sunt muneris spectemus, contextus Syriaicus typis expressus multis mendis et maculis foedatus est, eiusque expurgandi et nitidandi periculum non nisi rarius fecerunt editores. Sin de iis quaeramus, quae ad interpretis officium proxime pertinent, tum versio Latina **) saepe scriptoris a mente longius aberrat, vt ea niti qui velit, vtpote sermonis Syriaci aut minus peritus, aut prorsus ignarus, ei metuendum sit, ne Barhebraeo sententias affingat, a quibus is fuerit alienissimus; tum pleraque etiam obscuriora, quae vel ex historiae doctrina, vel ex usu linguarum illustranda fuerant, in notis parca nimis manu adiectis intacta praetermittuntur. Quid? quod ne indicibus quidem, neque historicis, neque geo-

*) Prodiit Lips. 1789. 4.

**) Iniquius tamen sim, ni moneam, valere hanc censuram potissimum in eas chronicis partes, quas BRUNSIUS Latine reddidit, multoque accuratiorem esse eam Versionis partem (p. 191—378.), quae KIRCHII industriae debetur, qui idem in notis nonnunquam admissos a socio errores feliciter correxit.

geographicis, qualibus minime omnium carere posse videtur
hoc librorum genus, consultum fuit chronicī vtilitati, lecto-
rumue commodis.

Non is ego sum profecto, qui consilio illiberali, com-
memorandis his vitiis derogatum quid velim de laudibus viro-
rum, qui aliis etiam scriptis de bonis literis optime merue-
runt. Quin imo lubens profiteor, a me quoque magnam eos
gratiam iniisse edito Abulpharagii chronicō. Quidquid enim
ex eo didici, quod sane haud parum est, illis acceptum refero,
quorum nisi opera intercessisset, per omnem facile vitam ca-
riturus fueram hoc scientiae incremento. At hoc magis etiam
doleo virorum doctissimorum vicem, quibus per festinationem
operarum *) haud licuerit conferre ad ornandum scriptorem
suum, quidquid ex ingenii sui fonte, doctrinaeque qua va-
lent copiis, modo plus temporis ipsis concessum fuisse, non
fuerant non collaturi. Doleo, illis, quem ex labore taedii ple-
no reportare debuerant, fructum, accuratae editionis lau-
dem, aliena culpa periisse. Doleo et Abulpharagii sortem,
qua incomtior, quam par erat, horridiorque habitu in publi-
cam lucem prodire iussus est, idem fere expertus, quod Ge-
orgius Elmacinus, cuius Historia Saracenica, etsi Thomam
Erpenium, at quantum virum! editorem nacta, tot tamen
scatet et textus mendis, et versionis vitiis, vt vel diligentis-
sima, quam Reiskius *et Koehlerus* **) in iis eluendis posue-
runt

A 2

*) Vid. *Præfat.* p. VII. et XV.

**) J. J. REISKIUS quidem passim, praesertim in notis ad Abulfedae An-
nales

runt, opera necedum illi restituta sit forma integra aut nativa facies.

Verum enim uero, si missis querelis parum fructuosis subsidia potius dispiciamus, quae ad supplendos istos qualesunque editionis defectus vtiliter adhiberi possint: in his, ad eam certe quod attinet chronici partem, qua historia temporum ab aetate Barhebraei remotiorum continetur, si non principem locum, at saltem haud vltimum assignandum arbitror Graecorum posterioris aetatis historicorum scriptis. De quo facile mibi assentietur, quicunque nec ignoret, quantopere viguerit inter homines Syros dudum ante Barhebraei tempora literarum Graecarum studium, et meminerit, chronici auctorem non modo Graecae linguae ipsum quoque peritum fuisse *), sed etiam, vt plus fidei faceret narrationi, diserte nonnun-

quam

nales Muslemicos (T. I—V. Hafn. 1789—1794. 4. ed. J. G. C. ADLER.) permulta Historiae Saracenicae (ed. Lugd. Bat. 1625. fol.) loca, quae tangendi occasio offerretur, aut emendauit, aut illustrauit; Jo. BERN. KOEHLER vero de industria hoc egit tum in *specimine emendatt. in scriptores Arab.* adjecto ejusd. *Notis et emendatt. in Theocritum.* Lubec. 1767. tum in *Obss. ad Elmac. Hist. Saracen.* insertis *Repertorio Eichhorniano* T. VII. VIII. XI. XIV. XVII. quae tamen ultra pag. 45. operis non procedunt.

*) Vid. ASSEM. B. O T. II. p. 244. Quod vt Assemano vel ei potius, cuius fide hoc tradit, facile accredam, moueor vel frequentibus exemplis tum singularum vocum plane Graecarum, quas alibi vix reprias, B. vero Syraco sermoni immiscuit, tum locutionum etiam, quas ad Graecae linguae rationem manifesto conformatas is primus fortassis usurpauit. Vtriusque generis nonnulla postea afferentur.



quam ad Graecorum auctoritatem prouocasse *). Sed quanti faciendum sit istud subsidiorum genus, certius ipso vsu cognoscetur, si ita legatur Syri chronicon, vt cum eo conferantur identidem citerioris aetatis Graeci, ex quibus hancesse illum justa suspicio sit, quales Eusebius, Theodoreetus, Socrates ex scriptotibus ecclesiasticis, item Georgius Syncellus, Theophanes aliquique, qui dicuntur, scriptores Byzantini. Mihi saltem ex ista, quam aliquot abhinc annis institui, collatione, magna nata est obseruationum copia, quibus aut corruptis chronicis locis certam adhibere medicinam, aut obscurioribus, qua indigeant luce, eam affundere posse mihi videor. Haud secus de iis existimauit, immo vt publici eas iuris facerem mihi auctor fuit, quicum eas communicaueram, Cl. Lorschachius, inde ab adolescentia mihi amicitia conjunctus, quem, vti omnino de literis OO. ita de chronicis etiam Abulpharagiⁱⁱ **) optime meruisse inter omnes constat. Ego igitur, qui huius Viri auctoritati plurimum tribuere dudum consueui, benigno eius de obseruationibus meis iudicio facile adduci me passus sum, vt earum saltem specimina aliquot, oblata hac per solemnia academicā occasione, in lucem proferrem, aliorum etiam Virorum doctorum de earum momento iudicium experturus.

Ad

*) Velut Epiphaniⁱⁱ, p. 21. Clementis Alex. p. 29. 33. Eusebii saepissime,
Socratis Scholastici p. 69. etc.

**) Vid. Viri Cl. Archiv für die Morgenl. Literatur, 1. B. Marb. 1791
p. 195 — 291. et Neues Repertorium etc. von PAULUS, Th. III. S. 81. ff.

Ad pag. VII. Versionis, textus p. IX. lin. 2.

In regionibus, quae diuiso altera vice inter Noachi filios orbe terrarum, Japheti posteris obtigisse hic dicuntur, vltimo loco numeratur Hispanorum *ad Gariraeos usque terra*. At *Gariraeorum* nullum extat in Hispania vestigium; celeberrimum contra ταν Γαδειρανον nomen, vbi Solinus*) *extremum ponit occidentem versus noti orbis terminum*, et quousque in Europa processisse Japheti problem praeter alios Josephus**) tradit. Quis itaque dubitet, quin solemnis illa in Syriacis literarum Dolath et Risch confusio***) hunc quoque locum adfecerit, ut pro לגדריא rescribendum sit לגדיריא, *ad Gades usque?* Qua de correctione admoneat interpretem vel ea, quae paucis interiectis praecesserat apud auctorem nostrum fabula de terra primum a Noacho filiis disperita, satis illa nota ex Epiphonio et Eusebio. Namque hoc etiam chronici loco Japheti fines porrigi dicebantur לגדירון, vbi fontem, vnde fluxit narratio, prodit manifesto, quae in voce Syriaca seruata est, secundi casus terminatio Graeca.

Ad pag. XVIII. Textus, lin. 4.

Quod hic legitur אַנְיָנִים, idem cum אַנְיָנוּם esse censens interpres pro *Aniani* chronographi nomine habuit, quasi ejus

*) Cap. XXIII.

**) Archaeol. L. I. c. 6. quem locum Zonaras exscripsit p. 20. edit. Paris.

***) Eam facillime librariorum negligentia iis accidere vocabulis, quibus geminum punctum, numeri pluralis indicium, superscriptum sit, quale est id de quo hic agitur, tirones monendi sunt.

eius de sententia tres tantum imperii annos primo Francorum regi tribuendos esse moneat Barhebraeus, aliis annos octo numerantibus. Evidem istud scribendi compendium, cuius exemplum alibi *) offendit, hic quoque facile admiserim, modo ne abesset particula זיַן secundum, quam praemitti oportuerat chronographi nomini, si quod interpres dixisse opinatur Barhebraeum, id dicere reuera voluisse. Neque vero justam causam video, cur aut זיַן excidisse, aut omnino lacunam adesse suspicemur. Quidni enim in אֲנִיאָן agnoscamus ejus nomen, quem primum Francorum regem fuisse tradat Barhebraeus, videlicet *Aeneae?* Certe Eusebius itidem et Aeneam perhibet primum (nouae scil. stirpis) Latinorum regem, et de annis imperii eius eundem quem Syrus dissensum memorat **) *Francos* autem nostro dici, quibus antea *Latinis* nuncupatis inde a Romuli aetate Romanorum nomen inditum sit, ipse mox disertis verbis declarat ***). Ceterum in versione Philoxeniana Act. IX. 33. pro Graeco Ἀινεας siue Ἀινειας similiter אֲנִיאָן reperitur, quod monendum duco, ne quis forte simplicis quae dicitur versionis auctoritate, quae Actuum

l. c.

*) Textus Syr. p. 39, lin. penult. ubi אֲנִיאָן certissime Anianus chronographus est.

**) Λατίνων ἰβασιλεύσευ ἡ Αινειας ἐτη γ. — Τινες ἐτη ἡ Φασι τον Αινιαν βασιλευσαι λατινων μετα την ἀλωσιν Τροιας· ἵτεροι δε τρια μονα βασιλευσαι ἀπο τη θε ετες μετα την ἀντην ἀλωσιν. EUSEB. can. chron. in J. J. SCALIG. Thes. Temp. p. 128. (Edit. 1658). Conf. et SYNCCELLUM; p. 171.

***) Text. Syr. p. 25. lin. 14, 15.

I. c. אֲנִיס exhibit, redargui meam de chronici loco sententiam opinetur.

Ad pag. XXVI T. lin. 14, 15.

Regnante inter Judaeos Hiskia, in Sicilia praeter alias civitates conditae perhibentur מִאָרְחוֹנִיָּה וּבַאֲרוֹנוֹסָות, *Marathonia et Baronisus*, quae cum inaudita sint in antiquitatibus Siculis nomina, locum quidem corruptum iudicarunt, alii tamen aliter tentarunt viri docti. Quos inter Lorsbachius V. Cl. (*) pro *Marathonia*, felicissima correctione *Tauromenium*, נְכָסָרָה וּבְאַצְּבָן reposuit, alterius nominis loco acute, vt solet, suspicatus, scripsisse Barhebraeum *Naxus*. Aperte nimirum testatur Plinius, qui eum fere sequitur, Solinus, *Tauromenium* eandem esse coloniam, quae antea *Naxos* nominaretur (**); vt a fide non abhorreat, quod Lorsbachius sumit, eidem vrbi in aliis, quibus Barhebraeus vteretur, libris priscum Naxi nomen tributum fuisse, in aliis recentius *Tauromenii*, atque eam ipsam sententiam in hoc loco inesse. Qua specie etsi vehementer blanditur viri Cl. conjectura, et leniore tamen et certiore correctione genuina lectio reuocabitur, si vna litera initiali Beth in Coph mutata, *Baronisi* in locum *Cherronesum* (כָּרְוִנִּיסָּות) substituamus.

*) Vid. Neues Repertor. für bibl. u. morgenl. Litteratur, T. III. p. 82.

**) PLIN. *Hist. Nat.* L. III. c. 8. SOLIN. Cap. V. a quibus tamen dissentunt STRABO aliquique Graeci, qui diuersas faciunt *Tauromenium* et *Naxon*. Sed hunc dissensum componendi non est hic locus. Vid. qui hac de re, nec non de *Tauromenii* aetate docte disputat RICN. BENTLEY *Diss. de Epist. Phalar.* §. VI, et *Resp. ad C. Boyleum* p. 99. ss.

amus. Indicium eius Eusebio debo, qui inter alia gesta il-
lustriora, ad Hiskiae aetatem relata, haec quoque memorat:
ἐν Σικελίᾳ Νάξος ἐκτισθη. ἐν Σικελίᾳ Χερρονήσος ἐκτισθη *), *Cher-
ronesi* scilicet *conditum*, ex vsu loquendi Graecorum, in verbo
κτιζειν recepto, eum dicens, qui qroprie *vibis* erat, *in Cher-
roneso*, i. e. promontorio Siciliae exstructae, nimirum *Myla-
rum*, (hodie *Milazzo*), cuius nomen vicissim ipsi peninsulae
s. promontorio inditum fuisse Scholiastes Apollonii L. IV. testa-
tur, in tribus promontoriis (*ἀκροῖς*), vnde Trinacriae nomen
Sicilia traxerit, numerans et *Μυλας*, *χερρονησον Σικελιας*, *ἐν ᾧ δε
τριζηλιαι βοσσέ ενεμοντο.* Sed hanc ipsam, qnam ab Eusebio moni-
tus

*) Vid. SCALIG. *Thes. Temp.* p. 47. coll. GE. SYNC. p. 212. Ex ista
Naxi apud Eusebium cum Chersoneso conjuncta mentione quantum
praesidii petere possit LORSBACHIUS, ad tuendam priorem conje-
ctuae suae partem, nemo non videat. Tauromenium enim, etiamsi
ista, de qua Barh. loquitur, aetate neque nomine neque re exstite-
rit, quippe Olymp. demum XCVI. id est tribus circiter saeculis post
conditum, valde tamen verisimile est, a Barhebraeo, Naxi conditae
tempus Eusebii ad instar notaturo, Naxi loco, ob eam quam supra
attuli causam, fuisse nominatum. Eadem vero, qua Syrum nostrum
vsum esse sumo prolepsi, Porphyrium etiam, Jamblichum et alios
per Tauromenium Naxon, cuius excisae in locum illa vrbs succes-
serit, intellexisse, BENTLEIUS ostendit *Diss. l. c.*

*) Vid. SCALIG. *ad Euseb. l. c. p. 76. s.* Ad eandem rationem EUSEBIUS
can. chron. p. 115. *Βιθυνία in tisθη*, quod in chron. Syr. p. 16. l. 13.
recte exponitur de *urbibus in Bithynia conditis*. Neque aliter intel-
ligenda sunt, quae ibid. Eusebius habet: *Μηλος και Θασος και Αλκισθη*

כארוניסטס Barhebraeo dudum vindicaueram lectionem, in chronici Syr. codice Ms. qui Lutetiae Parisiorum asseratur, reperit Vir perill. A. I. Siluestre de Sacy (*), vt ita omnis, quae superesse possit, eximatur dubitatio.

Ad pag. XXVI. T. lin. 18, 19. Vers. p. XXV.

Manasses Judeorum rex, ab Assyriis captus et Ninuen abductus, ibidem includitur בּוֹרִיּוֹן דְּנַחֲשָׁא, quod Cl. Bruns vertit *turri aenea*, nixus auctoritate Bahlulidae lexicographi, qui vocem זֶרְיוֹן, hic quoque, vt opinatur interpres, legendam de *turri* explicauerit. Ab eo dissentiens Kirsch V. Doct. סְדֵיוֹן maunt, ex סְרָא *cippus, compes*, ducendum, vt Manasses *compedibus aeneis* vinctus dicatur. **) Mihi quidem lectio proba videtur, nec sollicitanda. Nam זֶרְיוֹן cum totidem literis ex gr. ζωδίον manifesto expressum sit, quam vocabulum apud citerioris aetatis Graecos habet *simulacri*, non animalis tantum sed omnis omnino, significationem **),

eam

(leg. Καλλιτη) ἀκτιοθόσαι καὶ Παφος. Eadem loca in chron. Syr. l. c. post Bithyniam memorantur, sed ita, vt fere videatur Barh. ea prohibitus Bithyniae habuisse.

*) Quod testatus est literis ad Lorsbachium datis, cuius rogatu codicem illum in locis nonnullis, vel ab ipso Lorsbachio, vel a me conjectando tentatis, heneunte euoluit et inspexit Vir summus, de literis OO. supra meas laudes meritus, idemque sua erga exteriores harum literarum amantes voluntate, eosque iuuandi studio singulari conspicuus.

**) Vid. not. 32. p. VII. VIII.

***) Vid. DUCANGII *Gloss. med. Graec.* in v. vbi ζωδίον a glossatoribus per voces αἰγαλίας, εἰδωλον, ἄνδρειας aliasque similes explicatur.

eam nemo eidem a Syris adoptato iure abnegauerit. Qua admissa, cui non continuo in mentem veniat notissima illa, vel ex I. A. Fabricii Cod. pseudepigr. V. T. *), fabula de Manasse rege, qui insani idolorum amoris, quo furens ipsum adeo templum Iehouae illata Iouis statua profanasset, hanc quidem poenam tulerit, vt Perilli ad instar *simulacro aeneo* includeretur, at postea tamen, quam in carceris istius angustiis carmine illo suo resipiscentiae documentum edidisset eximum, rupto vi numinis simulacro, saluus inde euerterit? Ita legitur haec fabula apud Georgium Syncellum et Glycam **), quorum ille quidem ἀγαλμα χαλινη fuisse Manassis carcerem tradit, hic vero nunc εἰδωλον eundem, nunc ζωδιον etiam vocat. Quo vltimo vocabulo quum eadem rem narrans et Barhebraeus sit vsus, qua specie addubitari possit, eademne id Syrus significatione, qua Graecus, usurpauerit, eisdem non intelligo.

B 2

De

*) Tom. I. p. 1100 ss.

**) SYNCELL. p. 214. GLYC. p. 197. Scire aues, qua forma fuerit istud ζωδιον? EUTYCHIUM adeas (T. I. p. 258.) et Paraphrasin Chaldaicam & Chron. XXXIII, 12. ss. Ille vitulum aeneum dabit, haec mulam (v. 12. in edit. M. F. BECKII, cujus loco D. WILKINS ex Ms. Cantabr. מַלְרֹוָה restituit, et v. 13. in vtraque editione מַלְחָתָא Conf. et Syr. מַלְחָתָא mulam item significans.) Addit vterque, ignem simulacro suppositum fuisse, quo vreretur alter ille Perillus. Non dissimilia adjicere possim ex Midrasch Ruth aliisque, nisi satis jam esset nugarum.

De illa vero Bahlulidae glossa, cuius praesidio suam se tueri posse correctionem et versionem Brunsius sibi videbatur, vereor ut omnino sit assecutus mentem glossatoris. Duae enim quum sint vocis arab. حُرْفٌ, qua is reddidit syriacam זְרִיקֵין, significationes, altera eaque propria *turris*, ducta illa una cum ipso verbo ex gr. πυργος, de qua sola Cl. Br. cogitauit, tropica altera, qua de *Zodiaci signis*, quae זְרִירָא a Syris, i. e. ζῳδία *) vocantur, Arabum loquendi vsu frequentatur **): vtram earum nunc in mente habuerit glossator, ex ipsa sane, quam explicare instituit, voce Syr. זְרִיקּוֹן diuideandum erit. Haec igitur siquidem manifesto haud alia est, ac Graeca ζῳδιάνος, glossam eius ambiguam حُرْفٌ nemo unus

*) Istius significationis in זְרִיקֵין exemplum offere videntur Hexapla Syr. in loco 2 Reg. XXIII, 7. vid. Repertor. P. X. p. 86. coll. P. XV. p. 50. Suspicio me tenet, נַזְרִירָה pertinere potius ad V. 5. eaque voce Aquilam reddidisse Hebr. מַלְרָח, a Vulg. Hieron. aliisque pariter de 12 signis expositum. Conf. BIEL v. Μελέχεω, et DRUSII Fragm. vett. interpr. Graec. p. 277.

**) حُرْفٌ et حُرْفٌ de signis Zodiaci frequenter obuia. Vid. e. g. Hist. Dyn. p. 10. ALFERGANI Elem. astron. p. 16 etc. HARIRI Cons. XXX. vbi in laudatione agri Sarugensis mansiones eius cum حُرْفٌ 12 signis venuste comparat poeta. Add. ARABS. vit. Tim. (ed. Mangier.) T. I. p. 538. Idem p. 590. in ambiguitate vocis Iudens cum hac significatione propriam illam *turris* per syllapsin, quam vocant, coniunxit, ad quem locum scite obseruat editor, Zodiaci signa spectari ab Arabibus tanquam orbium coelestium turres. Conf. et TH. HYDE Comm. in Vlugh.-Beighi rabb. ad arietem, p. 30.

vnuſ erit, vt opinor, qui pro *turri* malit, quam pro *duodenis signis* accipere. Est tamen, ne quid dissimulem, quod Brunſii interpretationi fauere videatur, vocabulum scil. *السّمّار* alteri *جُرْجَ* adiectum. Istud enim si pro solemni vsu de *muro* interpreteris, huic et necesse erit, vt *turris* proprie dictae notionem subiicias. Speciem haec habent, fateor, neque tamen me mouent, vt sententiam mutem. Nam *زُورِيكُون* tam manifesto nobis sistit Gr. *ζωδιακόν*, vt persuasissimum habeam, glossatori non nisi hoc propositum fuisse, vt quid sit *Zodiacus* synonymo Arabico declararet. Quo circa *سُوْرَة* aut in *صَوْمَل* mutandum esse arbitror, aut saltem ex solemni literarum *سُن* et *صَوْمَل* confusione *) eadem hic vi accipiendum, qua alias usurpatur *سُوْرَة*, plur. *سُوْرَات* *صَوْمَل* *imago*, *figura*, scil. pro *asterismis* sine *constellationibus*, quae Graecis pariter *μορφασίες* dicuntur. Jam nec mirum, cur addiderit glossator: *hoc est turris*. Nempe vt indicaret, ex omnibus stellis.

*) Praecipiente A. SCHULTENSIO *Clav. diall.* p. 262. diligenter observanda est haec permutatio in legendis MSS. vbi saepissime quae lexica tantum per *ص* offerunt, cum *ص* sese obiiciunt. Vicissim et *ص* saepius in *س* emolliri, idem ibid. p. 289. obseruat. Conf. et S. BOCHARTI *Hieroz.* T. II p. 401. Exemplis ab utroque allatis centena, si id opus esset, addere possim. Vnum tantum proferam Syr. *حَسَن* plane idem quod *حَصَنْ*, ex quo verbo Arab. etiam H. *حَصَنْ*, praecipue in loco Jes. XXIII, 18. eiusque deriuata, certius illustrantur, quam ex *حَشْنَ* et *خَشْنَ*, quibuscum illud contulit J. D. MICHAELIS, *Suppl. ad Lex. Hebr.* p. 868.

stellarum figuris صور مسمى dictis eas solas זוריקו nominari, quibus Arabes turrium, برج, nomen indiderint. Perinde enim ut ζωδία, ita et برج constat solis dodecatemoriis proprium esse et peculiare vocabulum. Sed ad Barhebraeum redeo.

Pag. XXXVIII. lin. 16, 17.

De Socrate, quem turpis puerorum amoris falso accusatum fuisse tradiderat Barhebraeus, in medium profert Gregorii theologi i. e. Nazianzeni testimonium, quod interpres ita reddidit: *Amor, quo Socrates in pulchritudinem ferebatur, pudorem mihi suffundit. Ego enim dico, me pueros amare, etsi vix laude digni sint.* (Vers. p. 36.) Haec neque Gregorius scripsit, neque ei affinxit Barhebraeus. Illius orationem priorem in Julianum si euolueris, haec inuenies: — — της Σωκράτεος φιλοσοφίας αἰδηματ γαρ ἐπειν παιδερασίας, καὶ ν σεμνοποιηται ταῖς ἐπινοιαῖς *). Quae si cum Syriacis componantur, apparebit, verbum verbo respondere, modo, quae verissima est Lorsbachii V. Cl. correctio, pro בשבחא, *laudibus*, rescribatur בחבתא, *cogitationibus*. Hac enim significatione, etsi ea ex-sulat e lexicis, reperitur tamen חשבה in versione Hierosolymitana Matth. XXII, 37. pro Gr. διανοιᾳ.

Ad pag. XXXIX. lin. 9, 10.

Alexander M. subegisse perhibetur לארקוניא ולמרוריא, Hyrcanos et Mauros. etsi de Mauris i. e. Aethiopibus

p. 154.

*) Opp. T. I. p. 78. ed. Lips. 1690.

p. 154. chronicci recurrens, hic tamen locum habere nequit. Itaque Cl. Lorshachius *) לְמִרְדָּיָה reposuit, *Medos*, prouocans ad Latina Eusebii chronica, quae habent: *Hyrcanos et Medos subegit*. Sed cum veri paulo dissimilius sit, Barhebraeum post ea, quae de euerso Persarum regno vniuerse dixerat, separatim nunc memorare Medos ab Alexandro subiugatos, feliciore, vt mihi quidem videtur, coniectura, Brunsius V. Cl. genuinam lectionem restituit לְמִרְדָּיָה, *Mardos*. Post mortem enim Darii et Hyrcaniam subegisse, et Mardorum regionem inuasisse Alexandrum, ex Diodoro**) aliisque constat. Sed quidquid reliquum esse possit dubitationis, Mardosne Hyrcaniis adiunxerit Barhebraeus, tollent id omne, quae is ante oculos habuisse videtur, Graeca Eusebii: Ἀλεξανδρος τριαντας και Μαρδος ἐχαιρωσατο ***).

Ad pag. XL. T. lin. 15.

Vrbibus a Seleuco Nicatore aut conditis, aut instauratis ****) accensetur et סַנְלֵת quae non est, vt interpreti (not. 48.) videbatur, *Phellus Lyciae*, sed *Pella*, Peraeae siue Palæsti-

*) *Neues. Repertor.* P. III. p. 84.

**) L. XVII. cap. 75, 76.

***) l. c. pag. 57. et 177. Eadem leguntur apud GEORGIUM SYNCERUM p. 261. et CEDRENUM p. 152.

****) Syr. enim נְסָן, aequo ac Hebr. בְּנֵה, non solum de primis vrbis conditoribus usurpari, sed de iis etiam, qui dudum conditam instaurant, aut moenibus cingunt, vix est quod moneam. Conf. J. D. MICHAELIS *Suppl. ad Lex. H. v.* בְּנֵה.

laestinae trans Jordanem vrbs, a Ptolemaeo et Stephano Coelesyriae, Decapolitanae regioni a Plinio contributa, quam nescio quo alio nomine antea appellatam *), quum Seleucus refecisset, cognominem fecit oppido Macedoniae, Alexandri M. natalibus nobilitato. Eusebius certe in chronicis **) easdem sex Syriae vrbes, quas Barhebraeus, enumerat, hisque septimam subiungit non Φελλον, sed πελλαν. Nec minus Appianus ***) inter complures Syriae vrbes, quibus pro more Macedonum nomina oppidorum Graecorum vel Macedonicorum Seleucus indiderit, Pellam quoque memorat.

Ad pag. XLVIII. Vers.

„Anno XIX. Tiberii misit Abgarus, rex Edessenus,
„legatum etc.“

Interpreti Syriacum צירא legatum reddenti obuersabatur, ut opinor, Hebraica vocis significatio, aliena a Syrorum loquendi vsu, ex quo de *pictore* accipendum est, quallem ab Abgaro ad Jesum ablegatum fuisse, non modo Constantinus Porphyrogennetus, Cedrenus aliique Graeci fabulantur, sed ipse etiam chronici nostri au^ctor in libro suo Arabicō (pag. 113.) copiosius narrat.

Ad

*) Secundum STEPHANUM *de urbibus* Pella antea Βέρις dicta fuit. Cuius tamen hac in re fidei eo minus tribuam, quod in Διον hanc vrbem cum Pella confundit. Conf. RELANDI *Palaest.* T. II. p. 736.

**) Vid. Graeca Eusebii l. c. p. 179. coll. Vers. Hieron. p. 139.

***) Vid. eius *Syriaca cap. 57. Edit. Schweigh.* T. I. pag. 623.

Ad pag. XLI. Vers.

„Constantinus Magnus fuit diebus Diocletiani imperator
,,in Gallia, et pater Constantini Victoris, postquam
,,biennio regnauerat. Vsus est matre Helene.“

A'ντερογρας omnem omnino maculam *) a Barhebraeo propulsare etsi animum non induco, in hoc tamen loco quidquid inest erroris, certum habeo ab interprete id admissum fuisse, non ab auctore. Illi quidem Viro Cl. fraudi fuit epitheton רָבָא, quod cum vertendum fuisset *maior*, *senior*, ex nostro loquendi vsu *Magnum* reddidit, de Constantino Magno, quod ultima verba indicare videntur, accipiens, quae de patre eius, Constantio Chlоро dixit Barhebraeus. Quo errore effectum est, vt expedire non posset Vir Cl. locum, qui non est ex difficilioribus, iudicaretque (not. 78.), in textu Syriaco verba nonnulla esse corruptissima, idcirco in versione omittenda. Enimuero et textus sanus atque integer est, excepta vnica voce נַשִׁין, *uxores*, mutanda, et quae prorsus praetermisit interpres, tam perspicua sunt, quam quae maxime. Barhebraei nimirum sententia, modo lenissima illa correctio admittatur, totidem verbis vertendo expressa haec erit: *Constantinus senior, — — pater Constantini Victoris, quum imperium susciperet, duas habuit uxores, Helenam, Constantini Victoris*
ma-

*) Insigne istius vitii specimen, ex Chronicis pag. 225. et 235. enotauit Cl. LORSBACH, vid. *Neues Repertor. T. III.* pag. 89. ss.

matrem, et Theodoram, filiam Maximiani tyraanni Quae quin scripserit ille, non est cur dubitemus. Nimirum aut fallor, aut voluit Barhebraeus, Helenam neque concubinam Constantii fuisse, neque etiam legitimo toro, quo iuncta illi fuisset, Theodorae causa expulsam, quarum opinionum alterutram fere Graecorum scriptorum animis insedisse constat *), a quibus dissentiens noster suum ipsius, quod ipsi licuit, secutus est iudicium. Ceterum **וּבִיא** *victor*, solempne apud Syros verbum est, quo Constantinum, qui vulgo Magnus dicitur, ab aliis, quibus idem esset nomen, discernunt. Sed neque infrequens apud Graecos Constantini agnomen, aut si malis praenomen, *ο Νικητης*, cuius originem et vim Eusebius pandit in vita Constantini **).

Ad pag. XLVIII. T. lin. 2.

De Juliano Apostata narratur, eum victu cultuque ut philosophus agnosceretur, aula eieisse et *coquos* et **סְפִסְרָא**, quo vocabulo quodnam hominum genus designare voluerit auctor, non liquet. Bruns V. Cl. *institores* reddidit, qua significacione **סְפָר** in talmudici operis loco aliquo obnium est, quem Buxtorfius in lexico enotauit. Et Ammianus et Socrates ****) coquis* aliisque mollitiei administris, quos facessere iusserit

*) Vid. ZONARAS initio L. XIII.

**) L. II. c. 19. vbi vid. H. VALESII annot.

***) AMMIANUS L. XXII. c. 4. SOCRATES L. III. c. 1. **εξεβαλε δε των βασιλειων ευνυχους, κρηπεις, μαγειρους.** Sic et THEOPHANES p. 39.

serit Julianus, *tonsores* addunt. Vnde suspicio mihi nata, Barhebraeum quoque scripsisse ספרא tonsores. Neque adhuc me poenitet conjecturae, quanquam taliis magis arrideat fortasse, quod Lorsbachio in mentem venit, ספטירא idem significare, quod Arab. سفاس, proxenetae, eoque nomine hic appellari agentes *rurum* et *curiosos* illos, quorum e palatio amotionem Juliano laudi dedit Libanius *).

Ad pag. LXIX. Textus, Versionis p. LXVI.

De conditionibus pacis, Iouianum inter et Persas compositae, quae retulit Barhebraeus, interpres reddidit; „Iouianus igitur humiliter Saporem adiit, qui quum assereret, „si Romani Persis (regionem) usque ad Euphratem cederent, „non amplius flagraturum esse bellum, quod inter eos exarserat, „Iouianus Nisibin tantum libenter illi dedit, illumque pacauit.“ Sed et nescio, an pro arbitrio nouam significationem subiecerit vir Cl. verbo פרע, quod de belli *flagrantia* usurpatum me legere uspiam non memini, et offendor verbis רלא נמלא, *libenter, haud aegre*, huic contextui ipsique rei minus congruis, quorum in locum si correctione haud sane violenta substituere mihi liceat דלא עמורא sine incolis, Barhebraei sententia haec erit: „Jouianus pro lenitate sua (per legatos) Saporem adiit, qui quum declarasset, etiamsi tota ad Euphratem usque regio Persis cederetur, non tamen iustum eam

C 2

fore

*^o) Parent. in *Jul. Imp.* cap. 65. Conf. de vitroque isto hominum genere Cod. Theod. L. VI. tit. 27. et 29: cuius ad leg. 1. istum quoque Libanii locum contulit JAC. GOTHOFREDUS.

„fore compensationem *) vastitatis et noxae per Romanorum in-
cursionem Persarum terris illatae, ille Nisibin tantum, at
, sine incolis, Sapor tradidit.“ Vere autem sine incolis transi-
sse vrbem in iura Persarum, post Ammianum (L. XXV. cap.
7.) tradidere Zosimus et chronicus paschalis, vulgo Alexandri-
ni auctor **). Ceterum, quod Nisibin solam Persis tunc
traditam fuisse dicit Barhebraeus, induluisse nonnihil videtur
studio suo in Jouianum, principem christianum. Nam vna
cum Nisibi non solum aliam haud ignobilem vrbem, Singaram
(Syr. שיר dictam), itemque Castra mororum s. Caphartu-
tam cessisse Persis Ammianus refert, sed etiam eodem pa-
riter et Zosimo testibus, integrae prouinciae aliquot trans
Tigrim sitae sub Persarum potestatem rediere ***).

Ad pag. LXXII. T. Vers. p. LXIX.

„Theodosius Roma reuersus Thessalonicae aegrotauit,
„vbi quum explorasset Achilusum (Basilium) episcopum,
„et

*) Verba לא מתרע חרבא דהיא ברכן olim interpretabar: se non
vlturum esse vastitatem per Romanos illatam. At monuit me Cl.
LORSBACH, actiuam vlciscendi vim in forma Ethp. verbi פרע nullo
exemplo posse firmari. Quare nunc praefero compensandi s. resti-
tuendi significationem, cuius exempla haud pauca ex N. T. assert
C. SCHAAF in Lex. Syr.

**) ZOSIMUS L. III. c. 31. — Νισιβην δε παραδεναι δικαια των ινοικουντων. Chron.
pasch. p. 299. — δεναι Ρωμαιοις Πισταις — την λεγομενην πολιν Νισιβεων
γημινη συν τειχεσι μονοις ανευ αιδρων των οικευντων αυτην.

***) Conf. etiam SOCRATES L. III. c. 22. Sozom. L. VI. c. 5. et ad
▼trumque locum H. VALESIUS.

„et cognouisset, eum non esse Arianum, ab eo bapti-
zatus et sanatus est.“

Ita quidem interpres. Verum Syr. אַבְּיָלוֹס non est *Basilius*, sed *Acholius* s. *Ascholius*, idque fuit reuera nomen epis-
copi, de quo hic sermo est, satis noti ex Basilio M cuius
tres exstant epistolae ad illum datae, ex Ambrosio laudum
eius praecone in epistola ad clerum Thessalonicensem, nec
non ex Socrate et Sozomeno, eadem quae B. narrantibus
de imperatore Thessalonicae aegrotante ibique baptizato ab
Acholio *). Deinde verba Syriaca: כִּר עֲקֵב עַמְּ אַבְּיָלוֹס, vt
reddamus potius: *postquam cum Acholio disseruisset*, iubere vi-
detur particula עַמְּ verbo subiuncta, cuius loco, si *explorandi*
notio perulgata nunc verbo subiicienda esset, ה aut ל
quin scripturus fuisset B. non dubitauerim. Illius vero et con-
structionis et significationis **) aliud exemplum habetur Chron.
p. 397, vti et nomen עַיְקָבָא pro *disputatione* p. 59. et 441. inuenitur.

Pergit interpres: „Venit deinde Constantinopolin, et
„aedificauit ecclesiam Anastasii cura theologi magni, qui adhuc
„ibi est;“ suspicatus (not. 80.), aut non esse verba ipsius
Barhebraei, sed antiqui alicuius scriptoris, Theodosii ae-
qualis, quem ille retentis eius verbis exscripserit, aut men-
dose scriptum esse הוּא pro *הַוּת*, vt sensus sit: *quae ecclesia ibi
adhiuc est.* Sed vtraque coniectura facile carebimus, modo
in

*) Socr. L. V. c. 6. Sozom. L. VII. c. 4.

**) Ex prima, qua verbum valet vi, עַקֵּב עַמְּ erit *inuestigauit cum ali-*
quo, הַל עַקֵּב inuestigauit de aliqua re.

in mentem nobis venerit et *Gregorii Nazianzeni*, τὸς Θεολογὸς τὸς μεγαλός, quem honoris titulum ipsi veluti priuum ac proprium esse si probatum irem, actum agerem profecto, et oratorii siue *templi* Constantinopolitani *Anastasia* dicti, cuius nomen idem ille magnus qui dicitur theologus reddidit celebratissimum *). Neque enim in ambiguo nos esse hac de re sinit textus Syriacus, quippe clarissime *Anastasiam* (אֲנָסְטָסִיא), non *Anastasium* (אֲנָסָרָס) ob oculos nobis sistens. Neque etiam incerti haesitabimus, quamnam sententiam subiiciamus verbis רַתְמֵן חֹרֶא עַדְכּוֹל, qui adhuc ibi erat, si meminerimus, Gregorium episcopatu Cpolitano, quo electis a Theodosio Arianis, per triennium fere functus erat, sponte se abdicasse et Nazianzum rediisse **). Vult igitur Barhebraeus, quo tempore Byzantium Theodosius venisset, etiamtum fuisse ibi Gregorium, eiusque studio effectum esse, ut Anastiae oratorium ab imperatore instauraretur et insigniter amplificaretur.

Quae

*) Λέδες nimirum priuatae, vbi Gregorius Constantinopolin delatus, dum vrbis templa occupauerant Ariani, sacrum orthodoxorum conuentum agebat, mox in templum conuersæ sunt, cui siue a resuscitata inter Cpolitanos per Gregorium puriore doctrina, siue aliam ob causam *Anastasiae* nomen inditum. Vid. SOCR. L. V. c. 7. SOZOM. L. VII. c. 5. CONF. ET C. BARON. ANN. ad a. 378. Frequentissima porro apud THEOPHANEM, ZONARAM aliasque mentio τὸς της ἀγίας *Anastasias* ναοῦ. Vid. DUCANGII *Constantinop. christ.* L. IV. p. 141. ss.

**) SOCR. I. c. c. 7. 8. SOZOM. L. VII. c. 7. THEODORET. L. V. c. 8.

Quae paucis interiectis sequuntur de statua Placidiae imperatricis *) ab Antiochenis deiecta, deque caede, qua ignominiam istam vxoris nomini iniunctam vltus sit Theodosius, satis consona sunt iis, quae apud Theodoretum (H. E. L. V. c. 20.) leguntur. Quo collato minus etiam dubitabitur, verborum, quibus Macedonius Monachus **), vt perhibet Barhebraeus, libere atque animose obiurgauit imperatorem, ob editas Antiochiae strages, istorum igitur verborum versio quin sic resingenda sit: *Tu statuae aeneae causa, ad imaginem hominis effectae, qui audes homines perdere, Dei ad imaginem formatos?* etc.

Subiungitur narratio de tumultu Thessalonicensi, quo perierit urbis praefectus. *Thessalonica* hic dicitur רְאֵיתָלִיאַנָּה, *Italiae caput*, quae lectio manifestum habet falsitatis indicium. Ego saltim nunquam mihi persuaderi patiar, rerum occidentis tam imperitum fuisse nostrum, vt nesciret, Romam Italiae esse caput. Itaque confidenter rescripsi רְהַתְּלִיאַנָּה, Θεσσαλίας, *Thessaliae*. Certior etiam videbitur correctio, si Theodoretus conferatur, qui in eadem historia (H. E. L. V. c. 17) Θεσσαλονικην vocat θύγατριν Θεσσαλίας, quanquam recte non unius Thessaliae caput Thessaloniken dicit, sed

om-

*^י פֶּקְיָרָא enim, *Placidam* s. *Placidiam* Barhebraeus cum Philostorgio appellat Theodosii uxorem, quam Zosimus aliquie πλακιλλής dicunt.

**) In textu Syr. טְרִבְנָא, *beatus, pius*, sed et *monachus*, quod iam obseruauit J. D. MICHAELIS ad *Cast. Lex. Syr.*

omnium prouinciarum, quae sub dispositione praefecti praetorio Illyrici erant. Huc etiam pertinet, quod in Notitiis Graecorum episcopatum (pag. 406) de metropolitano Thessalonicensi legitur: ὁ Θεοσαλονικης ἔχαρχος πατρις Θετταλίας.

Quae sequuntur in chronicō, ita reddere placuit interpreti: „Imperator iratus poenam exigi iussit, atque occisi sunt „cūm reis 7000. Quapropter Ambrosius episcopus imperatori „Mediolanum aduentanti extra portam ecclesiae obviam iuit, „eumque cohibuit his verbis: non permittit tibi gloria regia, vt te ipsum noscas; abi, nec peccatum tuum amplifica, si „quidem oratio Deum ad iram commouet.“ (Pressius: neque ad „augeas culpam precibus, quibus Dei ira prouocetur.) „Imperator „suauiter prohibitionem accepit, nec absolutus est, donec „in se reciperet, ut inuestigatio, unde caedes originem duxerit, per „triduum duratura et cessante ira, atque re ex iusto considerata, „decretum proditurum sit.“ Interpres h. l. etsi nullam correctionis mentionem iniiciens, re tamen vera lectionem vertendo expressit ab ea, quam textus (pag. 73. lin. 2.) exhibet, diversam, שׂוריו scil. *initium*, *origo*, pro שׂורי, *digna*. Sed probum est haud dubie posterius. שׂורי לְקָרְבָּן proprię *digna supplicio*, dicuntur *causae capitales*. Integer autem locus ita potius reddendus erat: *nec absolutus est Theodosius, donec promississet, causarum capitalium examen se posthac per triduum protracturum esse, ut repressa iracundia, et praeualente rationis iudicio, iusta ferretur sententia.* Iam si Theodoreum (L. V, c. 18.) et Theophanem (p. 62.) conferas, his consona leges, nisi



nisi quod uterque pro triduo triginta dies dicit, quanquam et Barhebraeum pro תלהין scripsisseprobabiliter coniicere possis. Ceterum non intelligo, qui factum sit, ut haereret interpres in expediendo נפקת, (not. 80. *) consueta futuri Peal forma, verbi נפק, *prodit, exiit.* Nihil enim difficultatis habet locutio נפק גור דין prodit sententia, pro fertur, *promulgatur*, quippe et Syrorum mori, verba neutra loco passiuorum usurpandi *), et consimili usui, quem sororia Chaldaeorum dialectus eodem in verbo admisit **) accommodata.

Tum, quem exitum habuerint res Eugenii, Occidentis imperium adfectantis, et socii eius Arbogastis, ex Cl. Brunssii interpretatione his verbis refert Barhebraeus: „Aggressus „Theodosius tyrannum Eugenium, exercitum barbarorum, qui „cum eo erant, superauit. Barbari videntes se vinci clama- „runt veniamque rogarunt. Imperatore igitur postulante, „tyrannum tradi, cito prehenderunt eum, qui quum ligatus in „praesentia imperatoris esset, occisus, quippe ab Arbogasto suffo- „catus est.“ Ultima haec neque historiae conueniunt, ex Zosimo (L. IV. c. 58.) aliisque cognitae, nec respondent textui Syria-

*) Vid. C. B. MICHAELIS *Syriasmus* L. III. c. 1. §. 3. et J. D. Mich. Gramm. Syr. §. 94.

**) E. g. רחא נפקת Dan. II. 13. Ad eandem rationem Dan. II. 5. מלחה מני אורן R. SAADIAS recte interpretatur: *res a me dea creta est.*

Syriaco, cuius, si modo pro mendo aperto אִתְרָהִי reponas, hic est sensus: *prehenderunt eum ligatumque ad imperatorem adduxerunt.* Illo autem perempto, Arbogastes manus sibi ipse intulit. Ita Zosimus l. c. ἐπει τοις ξύφει, Sozomenus (l. VII. c. 24.): Αρβογαστός δε φευγών μετὰ την μάχην αὐτοχειρὶ ἐπέσθη γεγονέ. Neque vero necesse est, ut καὶ de suffocatione aut de suspendio exponamus, nam et latius usurpari de quauis *nece violenta*, b. Michaelis ad Castellum dudum monuit.

Ad pag. LXXVII. T. lin. 13, 14. Vers. p. LXXV.

„Hoc tempore (imperante Leone Thrace) incendium „fuit Constantinopoli *), quando a mari ad mare ignis sae- „uiit, et imperator aufugit trans aedem S. Mammæi, ibique „commoratus est menses sex. *Fecit instrumentum magnum* „*Leon Iblon.*“

Vltimis verbis quem subiiciat sensum, nisi sermone Graeco in auxilium aduocato, nemo facile repererit. Namque tria hic occurrunt verba manifesto Graeca. Primum λαμάκι, quod interpres opinatus compositum esse ex κωνάκι, et λ quarti casus indice, *instrumentum* vertit, certissime *portus* est, λιμήν, Chronici p. 159, 177, 406, et saepissime alibi recurrens, frequen-

*) Hoc incendium, quo magna Byzantii pars conflagravit, pluribus describitur ab EVAGRIO L. II. c. 13. et CEDRENO p. 348. Alii Graecorum chronographi ad annum quintum Leonis, alii ad septimum referunt.

quenter item in sacri codicis versione Syriaca obuium. In altero, itemque tertio vocabulo mendum residet, quod vtrunque, quale sit, facile reperiet, quicunque meminerit, frequen-tissime in Syriacis ex figurae similitudine oriri et literae Nun cum Lamed, et literae Jod cum Nun permutationem. Nimirum נָרָן pro אַבְלָרָן, לָרָן pro אַבְלָרָן reponendum est, ut hic sensus sit: Istius incendii causa *imperator ad S. Mamantem in litore freti se recepit, ubi sex menses commoratus portum magnum condidit Νεον Ἐμβόλων dictum.* עַבְרָא de litore, Bospori scil. Thracii, vsu substantiuo nunc accipiam; autem, *litus S. Mamantis*, ni fallor, ea illius litoris pars dicatur, quae prope aberat a Blachernis, suburbio Byzantino, et in qua et *templum S. Mamantis extitit, et palatum cognomine*, vtrunque a scriptoribus Byzantinis saepissime memoratum *). Ibi igitur dum commoraretur Leo, non portum solum, sed et *porticum* **) condidit, cui nomen inditum est νέος ἐμβόλιος, noua porticus. Ne quis haec speciosius quam verius dicta existimet, locum adscribam chronographi Graeci, qui si cum nostro loco componatur, dubitari non poterit,

D 2

quin

*) De monasterio et templo S. Mamantis vid. DUCANGII *Constantinop. christ.* L. IV. p. 185, et de palatio eiusdem nominis ibid. p. 174.

**) Ἐμβόλος enim *porticus* est, non *portus*. Fortassis in textu Bar-hebraei excidit ante יְבָא vocabulum רַאכְבָּלָרָן et *portum*. De portico, quam Arcadius ante praetorium exstruxit, pag. 75. chronicī occurrit אַמְפּוֹלָרָן, cuius loco malim אַמְבּוֹלָרָן, haud dubie itidem ex Gr. ἐμβόλος. Vid. THEOPHANES p. 64. τὰτα ταὶτιν Αρκαδίος αὐτοκρά-

TNG

quin aut Syrus Graecum exscripserit, aut vterque ex communi fonte hauserit. Ita igitur Chronicus paschalis auctor anonymous ad annum Leonis septimum: τότε τω ἐτεί ἐγένετο ἐμπρησμός μεγας ἐν Κονσαντινούπολει, οἷος ἀδεπτός ἐφαη γαρ αὐτὸν θαλασσης ἡώς θαλασσης· καὶ φοβηθεις λεων ὁ Βασιλεὺς ἔχει περάν εἰς τον αὐγιον Μαραν, καὶ ἐποιητεν ἐκει λιμεναριου καὶ ἐμβολου, οἵσις οὕτω καλειται ὁ τοπος, Νεος ἐμβολος *)

Ad pag. LXXVIII. textus, lin. 1.

Narrauerat Barhebraeus, Leontinum **) imperatorem, tanquam puerulum imperitum, astu matris induci se passum esse, ut de capite suo demum diadema imponeret patris sui Zenonis capiti, quo facto, Zenonem imperium sibi arrogasse. Similia leguntur apud Euagrium, Theodorum Lectorem, Theophanem aliosque. Jam porro subiungit Syrus, quae interpres tanquam sensu cassa in versione praetermisit ***): בָּרָה עַבְרָ (וְלֹא־וְנִתְּנָן רומחטסין

τωρ ἀναδειχθεις τον μηγαν ἐμβολον ἀντικεις τε πραιτηριας ἐκτισιν. Conf. et DUCANGE I. c. L. II. p. 152.

*) pag. 324. ed. Paris. Ceterum λιμην τη αὐγιον Μαραντος ab eo tempore passim memoratur, e. g. apud THEOPHANEM p. 323.

**) Hoc nomine appellat B. quem Graeci Λεοντα τον μικρον dicunt, Zenonis et Ariadnae filium, cui Leonis a quo imperator designatus fuit, successorem.

***) Vid. not. 82.

דָּפְרוֹלָהוֹנָא נַעֲבֵר אִיר הַזְּתָחִיסֶּת
pacos post dies mortuus est puer, unde multis suspicio injecta, parentes eum de medio sustulisse. Duplici coniectura restituere mihi posse videor verbis istis sententiam seriei accommodatissimam. In פָּרֹלָהוֹנָא quidem, quae manifesto exotica vox est, latere suspicor Gr. προελευσιν, aut si mauis προελθων, utrumque de pompa siue processu publico explicandum; pro הַזְּתָחִיסֶּת vero, υποθεσις, quod hic parum commodam inuenit sedem, reponendum arbitror στάσις, ὑπάτος, ut dixerit Barhebraeus: Zeno hac ratione imperio potitus filium Leontinum in publicum solemnni pompa procedere ut consulem iussit. Veri certe speciem correctioni et explicationi meae conciliat, quod apud Theophanem *) ad annum Zenonis primum legitur: τέτω τω ἔτει λεσχή ὁ μικρὸς δεκα μεντες μηνας συμβασιλευσας Ζηνωνι τω ἴδιω πατει, και προελθων ὡς ὑπάτος, ἔτελευτησε, και μουσ ἐκρατηγε της βασιλειας ὁ Ζηνων.

Ad pag. LXXVIII. T. lin. 18, Vers. p. LXXVI.

Quem Basiliscus copiis aduersus Zenonem missis ducem praefecerat, Armatum, Zeno magnificis promissis sibi conciliat, eiusque perfidia adiutus Byzantio et imperio iterum potitur, Basilisco cum vxore et liberis exitio datis. Quae postquam retulit Barhebraeus, si interpretem audiamus, ita pergit: „Zeno, regno sibi firmato, fidem iuramento datum „exsol-

*) pag. 103.



„exsoluit, filiumque Armati Caesarem constituit et *episcopum designauit. Habitarent igitur simul.*“ At enim uero mirum, quid sit, quod socium imperii quem adsciuisset Zeno, eundem simul *episcopum* designaret! Nec magis intelligitur, quomodo accipiendum sit quod adiicitur, *habitasse illos simul.* Ad prius quod attinet, Barhebraeus dicit: ופקר רתћרוֹא אפיקוֹס, quod ultimum verbum, festinante oculo, cum פְּקַדֵּנָה אֲפִיקָה confudit interpres, haud attendens ad רתћרוֹא, quod ad Armati filium quominus referri possit, generis obstat differentia. Ita ioculari transfiguratione ex ludo circensi factus est *episcopus*. Neque enim aliud quid est אפיקוֹס, quam Gr. ἵππιος, plene ἵππιος ἀγων, Θεωρία ἵππιων, quo ludorum circensium genere celebrari solebat imperatorum et caesarum inauguratio *). Eiusmodi vero spectaculis cum praesiderent Augusti et caesares, elatum occupantes in circo tribunal **), apparent, ut opinor, verba Barhebraei hunc in modum vertenda esse: *Zeno Armati filium Caesarem renunciauit ludosque circenses fecit, quibus ambo illi simul praesidebant.* Nimirum Zeno Armati filium, caesaris honoribus auctum, ad populum produxit, et in hippodromo.

* Exemplum peti potest ex CEDRENO pag. 350. in Leone iuniore,

**) PROCOPIO de bello pers. L. I. c. 24. dicitur βασιλεὺς Θεορός, ὁτε ἦται βασιλεὺς εἰσῆλε τοῦ τε ἵππικον καὶ γυμνικον θεατῶν ἀγωνα; ΤHEOPHANI NUNC ΓΕΥΣΟΣ, velut in loco mox excitando, nunc καθίσμα τε ἵπποδρόμου, e. g. pag. 103. et 107. Conf. et Chron. pasch. p. 284. vbi de circo, quem Cpoli condidit Constantinus M. praeter alia et hoc memoratur: ἐποιησεν ἐν αὐτῷ καθίσμα θεωρία βασιλίκη καὶ ὄμοιοτητα τα ἐν Ραιμι ὄντος.

podromi solio iuxta se collocauit *). Ne dubitationi locus relinquatur, en verba Theophanis (pag. 107.): ἐνθεως δε ιππικον ποιησας, Βασιλισκον τον Ἀριστιγένειον προβαλλεται ὁ Ζηνων Καισαρα, και συγκαθισεν ἀυτῳ βασιλει ἐν τῳ σενσῳ, και ἐπιμε τῳ ηνιοχῃ συν τῳ βασιλει; quocum concinit Chronicus paschalis auctor (pag. 326.): Ζηνων ἐ βασιλευς ἐποιητε καισαρα του οιον Αριστιγένει τῳ σρατηλατῳ πραισεντῳ, Βασιλισκον ὄνοματι, και συγκαθισεν ἀυτῳ εἰς το Θεωρειν, και ιδον τῳ ηνιοχῃ ὁ βασιλευς και σ καισαρ.

Ad pag LXXXII. T. Vers. p. LXXX, LXXXI.

Betilosus, qui in versione vocatur, tyrannus, Syr. ביטולוס, decurto ex ביטלינוס nominine, non aliis est quam *Vitalianus*, Theophani aliisque Graecis scriptoribus dictus *Βιταλιανός*.

Mox *Justinus senior* in textu Syr. appellatus יוסטיאנונא **) ortus esse dicitur ex *Cedreno*, Thraciae oppido, quod cum nus-

*) Vid. THEOPHANES p. 208. vbi de Justino iuniore, quum caesarem renunciasset Tiberium: συγκαθιδέσον ἀντειπομέσει ἀυτον ἐν ταῖς ιπποδρομίαις και ἀστασις γέμεραις.

**) Huius nominis loco יוסטיאני scribendum esse censet interpres not. 93. eo quod Chron. p. 83. ita scriptum inveniatur, quod mihi tamen non nisi scripturae compendium esse videtur. Quin vtrumque Justinum aequem ac Justinianum Barhebraeus eodem nomine appellat, quod promiscue αυτις, יוסטיאנונא nunc exaratur, perinde

בְּדִינָוֹת nusquam inueniatur, pro קְרִינָוֹת equidem describam res, quoniam a Procopio (Hist. arc. cap. 6.) Iustino patria assignatur Βεδερίανα, quae secundum Agathiam (L. V. p. 166.) et Iustiniani locus natalis fuit. *).

Justinum seniorem fuisse dicit B. פְּשִׁיטָא, quod h. l. significare videtur *rudem literarum*, ἀμαθητον γραμματων ἀπανταν
και αὐτολφαβῆτον, qualis Justinus audit l. c. Procopii.

De eodem paucis interiectis B. haec narrat: „cum impe-
„rium adeptus esset **), postulauit rex Persarum a Iustini-
„ano, Romanorum rege, quingenta et quinquaginta centena-
„ria auri, de more ipsi soluenda ad sustentandas Persarum
„corias, quae portas (scil. Caspias, aut potius Caucasias)
„contra Hunnos tuerentur; Iustinianus vero illa soluere no-
„luit.“ In textu Syriaco hic legitur אַיְלָוָמָא, quod monstrum
voca-

inde ut Marciani nomen p. 76, 77. mox מְרִקִינָא, mox מְרִקִינָס scribitur. Discernit vero Barhebraeus tres illos imperatores ipsi cognomines adiectis vocabulis senior, סְבָא secundus et דְּתָרִין tertius. Vid. p. 82, 83 et 86.

*) Ceterum Barhebraeus cum Euagrio, Cedreno, Zonara et Chronicis paschalis auctore *Thraceni* vocat Justinum, quem *Illyrium* fuisse tradunt Procopius, Theophanes aliisque. Nimurum sita fuit Bederiana in Thraciae Illyricique finibus, quare ab aliis huic, ab aliis illi prouinciae vrbs contribuitur. Vid. ALEMANNI not. ad Procop. l.c.

*) Scil. Justinus, non Persarum rex, ad quem verbum קְרִינָה retulit interpres.

vocabuli esse recte iudicauit (not. 94.) Cl. Bruns. Quod si vero pro vna litera Jud substituamus Nun, ipsissimum habebimus Gr. ἀναλώμα, *sumtus*, *impensa*, quo aptius huic loco desiderari vix possit. Eodem in eadem re vsus est Theophanes (p. 207.) ad annum Justini iunioris VII, vbi ἐτελει γαρ, inquit, ὁ Βασιλεὺς τῶν Ρωμαίων αὐτὰ ἔτος πεντακοστας λίτιδας χρυσις, ἐπως τα πλησιάζοντα τα τοπικά Φρέγεια *) διαφυλαττότες περσαι, οια μη ἐισβαλούστα τα εἴθη ἐκατεραν διαλυσσότες πολιτειαν, καὶ κοννοῖς ἀναλωμασι τα Φρέγεια ἐφυλαττόντο.

Inuitante hac animaduersione, non possum, quin ex magna, quae mihi praesto est, exemplorum copia alia nonnulla adiiciam vocabula in scriptis Syrorum obuia, quorum origo Graeca aut plane ignorata, aut minus recte perspecta turbanit viros doctos. Primum sit

אַנְטָרָטָן (Chron. Syr. pag. 93.), quod quasi ex טת deriuandum *excubitores* reddidit interpres, inuita prorsus linguae Syr. in formandis deriuatis analogia, quandoquidem non intelligitur, vnde sit alterum Teth, penultimo loco positum. Quin Graecum est ἀνταργῆς, Hesychio interprete i. q. τυραννος,

אַנְטָרָטָן

*) Φρέγεια s. castella, quae hic memorantur, ea sunt, quibus geminae Caucasi portae a Procopio de Bello Goth. L. IV. c. 3. descriptae muniebantur. Ad eorum praesidia alenda 500 auri libras a Romanis quotannis collatas fuisse testatur quoque THEOPHYLACTUS L. III. c. 9. Et iam inde a Leonis aetate postulasse Persas, ut ad sauciūm

ἀντιβασιῶν βασιλεῖ *). Barhebraei igitur verba ab interprete (Vers. p. 92.) reddita: *tum Magnes iussit excubitoribus regiis, in vincula eum ducere*, in hunc modum vertenda sunt: *tum Magnes edixit: en perduellis in regem! Vincula ei iniicite!*

אַסְפָּתָרָא Chron. Syr. p. 94. quod Brunsius *gladiatorem* vertit ex chaldaica vocis significatione, Kirschius vitoise scriptum esse coniicit pro אַסְפָּקָלָטָרָא. Sed proba est lectio, assumtumque a Syris vocabulum ex Gr. σπαθάρος s. ἀσπαθάρος, *armiger, satelles*, cui id nomen est a σπαθη, *maiore*, quem gestabat *gladio*, vnde אַסְפָּחָה, item a Syris receptum. Eodem Chronic loco paucis interiectis sequitur

אַפִּיחִיטָא, pro quo Brunsius, quippe *nobilem* reddens, maluit fortasse אַפִּיטִיכָא, ἐπιτίμως. Mihi quidem non sollicitanda videtur lectio. Illud enim haud dubie est Gr. ἐπιθετης **). In versione igitur (p. 94. l. 1.) pro verbis: *tune tanquam nobilis sedes in throno?* haec ponenda sunt: *tune impostor in throno sederes?*

וּקְנָתָה Chron. pag. 130, vbi inter cimelia, quae Graeci Nicomediae, effosso Nicomedis conditoris tumulo, reperisse nar-

Caspianum, quas Byzantini vocant. i. e. Caucasiarum custodiam aut praesidia, aut stipendia conferrent Romani, auctor est PAISCUS in *Exc. de legatt.* p. 43, 44.

*) Vid. DUCANGII *Gloss. Gr. in v.* nec non eiusdem *Gloss. med. Latin. v. Antarta.*

**) Quo Symmachus apte reddidit Ps. I, 1. Hebr. ψ. Vid. SUICERI *Thes. eccl. v. ιπιδίτης.*

narrantur, fuisse etiam dicit Barhebraeus: סומקָא יוכנְהָא, ex Brunsii versione: *figuras rubras, quae in cattigine splendescebant.* At *figurae* et *imagines*, quanquam סומקָא יוכנְהָא Syris vocabulo, ut opinor, ex εἰκῶ ducto dicuntur, velut Chron. p. 133 et 444, nusquam tamen de iisdem סומקָא יוכנְהָא usurpatur. Posterius hoc conferendum potius cum Gr. ὑακνθοι, vnde et ortum est Pers. et Arab. ياقوت, quod obseruante Golio simpliciter quoque de *hyacintho rubro* i. e. de *rubino* usurpatur *). *Rubinos* igitur ut clarius designaret Barhebraeus, epitheton סומקָא rubros addidit, perinde ut Epiphanius *rūbinus* ρύκνης γέδηνος dicitur.

לְרַרָּא Chron. p. 168, 172, et 560. quod de *venatoribus Leonum* post Castellum interpretatur Bruns V. Cl. manifesto idem est, quod neograecum λεόναρι, ludarii, gladiatores. Quale hominum genus quum ad audendum quocunque facinus proiectum fere esset, לְרַרָּא etiam, secundum Isae Bar-Ali glossam a Cl. Lorsbachio mihi indicatam significat فقط العَلْطَرِيقُ qui vias infestant, latrones **).

נְרִמֵּי Chron. Syr p. 231. lin. 4. minus intellectum ideoque praetermissum est ab interprete, qui locum ita vertit: „An-

E 2

„no

*) Conf. Cl. RAUII *Spec. Teifasch.* p. 79. ss. et SALMASII *Exercitata.*
Plin. p. 779, 795.

**) Occurrit etiam לְרַרָּא in *Schemoth Rabba* s. *glossa magna in Exodum* c. 50, quod similiter de *latrone* exponit G. FABRICIUS BODERIANUS, BUXTORFIUS vero *scurrām, conuiciatorem reddit, et ex λοιδόγος ortum esse coniicit.* Evidem prius praeferam.

„no 427 Arabum Aegypti Chalipa Taher *hydropisi*, qui mor-
bus eum inde a pueritia per viginti annos vexauerat mortuus est.“
At secundum textum Syr. *hydropis exstinctus est Taher*, postquam
inde a pueritia per 20 annos affectus fuerat. Cuius vocis in
locum si *vapori* substituam, neminem facile aliud quid requisi-
turum arbitror. *Nopai* enim cum Hippocrati aliisque Grae-
corum medicis *) sint, quae Plinius *serpentia ulcera* dixit, veri
profecto simillimum est, eadem significatione נַרְמִי usurpa-
tum esse a Barhebraeo, quem et ipsum ex Hippocratis filiis
fuisse constat. Sed rem dubio eximit aliud eiusdem vocabuli
Graeci Syriaca ciuitate donati exemplum, exstans in loco
Paulino 2 Tim. II, 17, vbi cum apostolus de prava doctrina,
comparata cum gangraena, quae sensim latius serpens car-
nem magis magisque depascat, lecta usus esset formula νο-
μην ἐχειν, Syrus interpres, haud accommodatius reperiens in
patria lingua verbum, Graecum νομη retinuit, iisdem, atque
in chronicō, literis Syriacis expressum.

נַרְמִי, Chron. p. 105 bis, nec non p. 153. occurrentes,
cur de copiis pedestribus solis acceperit interpres, ignoro. Est
Graeco - barbarum Φεττατον, Φωσατον et Φυσατον, ex Lat. fos-
satum

*) Hippocr. de ulceribus p. 516. ed. Froben. GALENUS de facult. med.
simpl. IX. τας δυσεντερικας ελκασις περ τα σηπεδοναδη γενεσθαι τα ελκη
καλειν δε οι τοις ιατροις τας τοιαυτας διαδικτεις ρομας, απο τα γενεσθαις
την σηπεδονη περος τα πλοιασσοντα μορια, συνδιαφεύγονται αυτα τα περιτο
κακωθευτι. CAELIUS AURELIANUS de morb. chron. L. IV. c. 3. Si
magna

satum, nunc castra, nunc exercitum vniuersel significans.
(Vid. Ducangii gloss. in V.) Priorem significationem tribus
istis locis accommodatissimam esse, iis inspectis nemo non
intelliget.

נְמִיטָן ter legitur Chron. p. 88, vbi ita vocatur is, quo
Chosroes, rex Persarum, Daras obsidens vsus sit legato,
per quem vrbis ciuibus deditio nem suaderet. Vnde intelligi-
tut, alienam ab hoc loco esse *pueruli* significationem, qua
נְמִיטָן accepit interpres. Puerulo enim quis committat ali-
cuius momenti negotium? Praeterea נְמִיטָן, quatenus do-
mesticum Orientis vocabulum est, ductum ex verbo נַמֵּט,
cui apud Hebraeos pariter et Arabes *ligandi, constringendi* et
circumuinciendi notio subest *), non *puerum* quemcunque de-
signat, sed *infantem fasciis constrictum*. Mihi non videtur du-
bitandum, quin Graecae originis sit istud נְמִיטָן a Barhebraeo
vsurpatum, quanquam definire adhuc non ausim, vtrum ex
נְמִיטָן ortum, tabellarium aut *nuncium* significet, an potius
de *praefecto* accipiendum sit, et cum neo-graeco נְמִיטָן **)
conferendum. Finiam in

קְוִרְמָן

magna fuerit putredo, quam ρομην appellant. Plura dabunt inter-
pretes ad 2 Tim. II, 17. in primis J. ALBERTI *Obss. philol.* p. 402.
ss. et I. I. WETSTENIUS.

*) Vid. A. SCHULTENSIT *Comum. in Job.* pag. 399. et I. D. MICHAELIS
adnot. ad Cast. Lex. Syr. p. 804.

**) Vnde et קְרִמֶת in Syriacis satis frequens, plur. קְרִמּוֹת, velut
Chron. p. 280 et 417. Conf. J. D. Mich. *I. c.* p. 805. Posteriori sen-
ten-



קוֹרָמָא, quod in Hakemi, famosi illius Aegypti Chaliphae historia, Chron. p. 215. legimus, vbi edixisse perhibetur ille, ut quicunque regni sui ciues a Moslemorum fide essent alieni, opprobrii causa signum collo appensum gestarent; christiani quidem ligneam crucem pondo quatuor librarum, Judaei vero דְּמוּת אִידָּא דַּגָּא קוֹרָמָא eiusdem ponderis. Quibus in verbis mirum, quantum interpretum dissensum peperit haud animaduersa vnius vocis graeca origo. *Cucumeres ligneos, quibus forma tintinnabuli esset*, voluit Bruns V. Cl. *) quem secutus Cl. Adlerus **) Arabica قَرَامِي الْخَشْب in Chalicanidae eandem rem narrantis textu similiter *cucumeres ligneos* vertit. Verum non nisi vitio typographicō ***) inductus Cl. Bruns ad *cucumeris* notionem retulerat vocabulum קוֹרָמָא in Caselli Lexico obuium, e quo libro nostrum קוֹרָמָא ab illo diuersum prorsus exulat. In Latina chronicī Versione pag. 220. Kirsch Vir D. verba illa reddidit: *simulacrum manubrii nolae conflatum*, at ingenuē simul professus, se sibi ipsum non satisfacere. Neque etiam Cl Lorsbach, etsi plus semel hunc locum ****) adgressus inuenit, in quo plane acquiesceret. Mea qui-

tentiae fauet talmudicum קוֹרָמָן *comes, dominus, in BUXTORFII Lexico enotatum.*

*) v. *Repertor.* P. XIV. pag. 10.

**) v. *Repertor.* P. XV, pag. 270.

***) Id iam monuit Cl. LORSBACH *Repertor.* P. XVII. p. 81.

****) Vid. *Repertor.* P. XVII. p. 80. ss. et *Archiv f. d. morgenl. Literatur* P. I. p. 108. ss. Ipse in eam maxime sententiam propendet, voci

quidem sententia, quam doctissimorum illorum Virorum assensum facile laturam confidere ausim, קְרָמָא nihil aliud est, quam Gr. *κορμός*, *truncus*, *caudex*, *stipes*, ut sensus sit, Judeos Hakemi iussu collo suspensum gestasse *trunculum lignum* s. *codicem*, *tintinnabuli in modum formatum* *). Aliud eiusdem vocabuli exemplum extat in Actis martyrum a S. E. Assemano editis (T. II. p. 146.), ubi קְרָמָא haud dubie sunt *κορμοί*. Eiusdem originis esse videtur قُرْمَه siue قُرْمَةُ الْخَشْبِ, i. q. طَيْرَه, قَطْرَه **), *cippus*, *neruus ligneus*, in quem inserti captiuorum pedes reuinciuntur, qualis Graecis ξυλον, ξυλοπεδη et ποδοκανη dicitur ***). Huius قُرْمَه forma collectiua est قُرْمَى illud, quod in Chalecanidae de Hakemo narratione ****) obuium *cucumeres* vertisse

Ad-

voci קְרָמָא subiectum esse vniuersam *notae ignominiosae* vim, eamque ductam ex *insecandi* et *incidendi* significatione, in verbo قُرْمَه multifario vsu trita.

*) Lingua vernacula: *Block*, *Klotz*. Comparari quodammodo possit cum *codice*, qualem trahebant qui deliquerant serui. Vid. *TURNEBI Aduersar. L. XXIII. c. 21.*

**) Huius glossae indicium deheo DOMINICO GERMANO DE SILESIA cuius *Fabrica Linguae Arab.* Rom. 1639. fol. multa continet, quae in Goliano Lexico desiderantur.

***) Conf. J. F. FISCHERI *de vitiis Lexicor.* N. T. Prol. XIX. p. 459. et scriptores ibi citt.

****) *Repertor. P. XV. p. 270, 271.*

Adlerum V. Cl. dixi, de *trunculis s. codicibus* similiter nunc exponendum. Neque tandem erit, ut opinor, qui formulam قرافي اختاب in Vita Timuri (T. I. p. 230.), ab editore de fibrillis, a Willmeto V. Cl. de *duplici tegumento aut utroque cortice* (exteriore et interiore) *lignorum* expositam, non malit mecum accipere, ex eodem illo ονεμος, pro *arborum truncis* aut *stirpibus*, quae significatio sane ad locum Arabiadae vtraque illa longe est aptior.

Ad pag. LXXXX. T. lin. penult.

Verba, quibus Iustinianus III. quem vocat Barhebraeus, i. e. Iustinus iunior moribundus Tiberium caesarem, quum eum Augustum renunciaret, appellasse perhibetur: אהבון מון היות ומן היות, Brunsius quidem vertit: *intellige cui bono sis, et cui bono ego fuerim*, Kirschius vero: *perpende, quid ego fuerim et quid tu fueris*, neuter, ut opinor, scriptoris mentem assecutus. Idem verbum היות bis positum priori vice *Hevaith* efferendum est, posteriori *Hovlth*. Prius pro secunda persona praeteriti accipiendum est, posterius pro secunda praesentis temporis, quippe per crasin formatum ex הלא אָנֹת Verior igitur versio haec erit: „*perpende quid fueris, et quid nunc sis.*“ Ita plane Theophylactus (L. III. c. II.): γνωθι τις καὶ τι εἶ νυν, nec non Theophanes (p. 210.): γνωθι τις καὶ τις νυν εἰ.

Ad pag. LXXXII. T. lin. I.

Κύρος scriptum hic reperitur nomen istius Romanorum ducis, qui imperante Tiberio bellum aduersus Hormisdam et

et Persas fortiter ac feliciter gesserit. *Cyrum* versio appellat. Sed et *Cyri* nomen Syriace כורש exaratur, non קירוס, nec huius nominis ducem norunt historici Graeci, qui Mauricio potius vniuersi omnes laudem istam vindicant *) Quare pro מוריון וקינוס quin מוריון vel קינוס**) reponendum sit, hoc etiam minus dubitari potest, quod et ipse chronicus auctor in libro Arabico (p. 153.) de Mauricio Graecis consentire reperitur.

Aliud mendum haud minus apertum eiusdem paginae lin. 18. se offert, vbi *Monicus* appellatur caesar Romanorum, qui apud Tiberium imperatorem inuidiam conflauerit Mondaro, Arabum regulo, eidem qui Byzantinis dicitur Αλαμυσθαρος. Hic etiam pro מונייקי rescribendum est haud dubie "מורייקי", deque eodem Mauricio cogitandum, quem Tiberius in praemium rei aduersus Persas praecclare gestae et generum adsciuerauit, et caesarem renunciauerat ***).

Ad

*) Vid. EVAGR. L. v. c. 19. 20. THEOPHYL. SIMOC. L. III, c. 15. 17. 18. THEOPHANES p. 213.

**) Nam et sic scriptum aliquoties Mauricii nomen reperitur Chron. p. 93, 94, et 95.

***) Vid. EVAGR. L. V. c. 22. THEOPH. p. 213. CEDR. p. 394. Quae de Mondaro in inuidiam adducto per Mauricium narrat Barhebraeus, plenius intelliges, si contuleris EVAGRIVM L. V. c. 20. et SIMOCATTAM L. III. c. 17.

Ad pag. XCV. lin. 7. et 11. T Syr.

Auaris, quos anno quarto Mauricii imperatoris ex Oriente prorupisse narrat Barhebraeus *), dicuntur populus *deformis* מְגֻדָּלִי סֻרָא, *plexis* s. *intortis capillis*. Ita enim haec verba vertenda sunt ex Syrorum loquendi consuetudine, quae verbo ἔντονος *torquendi*, *plectendi* et *contexendi* notionem nunquam non subiicit **), cuius immemor hoc loco interpres, et Hebraicam potius verbi significationem respiciens, *crines prolixos* (Vers. p. 94) Auārum genti tribuit. *Comam vero plexam tanquam notam distinctiuam istorum barbarorum memorari* a Barhebraeo, non mirabitur, qui apud Theophanem (p. 196.) legerit, quum primum imperante Justiniano eorum legati aliquot Constantinopolin adiissent, insolens eos huius vrbis ciuibus spectaculum praebuisse: εὐχον γαρ τας κομας ὀπισθεν μακρας πανυ δεδεμενας πραγδοις και πεπλευμενας. Eosdem et Corippus (de laudibus Iustini minoris L. 1,) sic pingit:

Colubrimodis Abarum gens nexa capillis.

Paucis

*) Ad annum IV. Mauricii strictim refert B. quae diuersis imperii eius annis adsignandae sunt Auarum aliorumque barbarorum in fines Romanos incursiones, de quibus distinctius agunt et prolixius EVAGRIUS, THEOPHYLACTUS et THEOPHANES.

**) Frequens eadem apud Arabes est, neque etiam prorsus eam alienam fuisse ab Hebraeorum loquendi vsu, vel vnum גְּדִילִים de filiis contortis s. fimbriis usurpatum satis ostendit. Conf. A. SCHULT, de Defect. L. H. §. 199. ss. et Comm. in Job. p. 207. s. — Quod ad

Paucis interiectis refert B. Romanos a Sclauinis laccessitos populum ראנטשׁ conduxisse, qui in Sclauinorum terras inuaderet. Vbi interpreti populum *Antiochenum* inferenti assentire non possum. Cur enim Antiochenos maxime cum Sclauinis commiserit Mauricius, tanto regionum interuallo vtrosque disiungente, causa profecto nulla excogitari potest. Quin contra *Antas* voluit auctor, Sclauinorum trans Istrum vicinos, tum temporis Romanorum socios. Conferantur Theophylactus et Theophanes *), Antarum gentem diserte vocantes συμμάχον Ρωμαίοις.

Ad pag. XCVI. T. et Vers.

Quae h. l. tradit B. de *Maiphercata* vrbe, fraude militum praesidiariorum, a Nisibenis corruptorum, Persis tradita, si cum iis contuleris, quae de *Martyropoli*, Sittae cuiusdam proditione a Persis occupata, referunt Euagrius (L. VI. c. 14.) et Theophylactus (L. III. c. 5. coll. L. IV. c. 15.), non dubitabis, opinor, quin de eadem re et Syrus noster et Graeci loquantur. Nouo itaque argumento ex hac collatione peten-

F 2

do

ad locum chronicci Syr. attinet, interpretatio mea eo etiam firmatur, quod et גדרלָא coma plexa et intexta in S. Codicis versione Syr. saepius occurrit, et נרזהתָא דסערָא pariter de cincinnis Chron. pag. 36o. legitur.

*) THEOPHYL. L. VIII. cap. 5. extremo, vbi pro Ἀγτῶν ἰδρος reponendum est Ἀντῶν, et THEOPHANES p. 238. vbi pro το τῶν ρευτῶν ἰδρος cum COMBEFISIO in not. poster. ad Theoph. itidem legendum το τῶν Ἀντῶν ἰδρος.

do firmari potest eorum sententia, qui post I. Golium et E. Renaudotum *) censem, Maiphercatam et Martyropolin non nisi diuersa esse eiusdem vrbis nomina **).

Ad pag. CVII. T. et Vers.

Rapidis armorum successibus, quibus, Omoar chaliphā, augebatur in dies Moslemorum per Orientem imperium, adeo per-

*) Vid. I. Gor. ad Alferg. p. 233. Eus. RENAUDOT *Liturgg.* OO. p. 271. s. de quo miror, qui scribere potuerit I. S. ASSEMANUS B. O. t. II. in *Diss. de Monoph. v. Maipheracta*, eum hanc vrbem eandem facere cum Tagrito s. Martyropoli. Renaudotum quidem a *Maipheracta*, cui tempore demum Maruthae alterum Μαγιθεοπολεως nomen inditum esse censem, probe discernere *Tagritum*, cuius librum eius, praesertim pag. 272. insipienti, patescet. Ipse contra Assemanus B. O. t. I. p. 174. scriperat, eam, cuius Maruthas episcopatum gesserit, vrbem variis nominibus appellari, *Tagrit*, *Maipherkin* s. *Maiphercat* et *Medinat-Sobde* h. e. *Martyropolin*. Proinde suum ipsius, non, quod videri volebat, Renaudoti errorem castigat Assemanus, B. O. t. II. l. c. scribens, inde quod Maruthas, qui Tagriti episcopus fuit, Maipheractae etiam prae- fuisse in nonnullis codicibus Syr. dicatur, non consequi, eadem vrbem esse Tagritum cum Maipheracta etc.

**) Conf. CEDR. p. 731. vbi legitur: Μαγιθεοπολεως ήτοι Μαιφερκατη. In PROCOPI de Aedif. L. III. ad c. 2. margo codicis Tolos. hoc lemma exhibit: περι Μαγιθεοπολεως ήτοι τη Μισφερκη. Notitt. Graecor. Episcopat. p. 404. Μαγιθεοπολις η νυν Μαεφεκη. In his nominibus Graecis, etsi vt sit in exoticorum pronunciatione et scriptione, varie corruptis, facile tamen agnoscitur Arabicum vrbis nomen میفرکت، سیفافارقین, siue Syriacum et מִיפְרָקִין.

perculsus fuit Heraclius imperator, vt omne de Syria vel retinenda, vel recuperanda, consilium abiiciens, inde Constantinopolin se reciperet. Qua de re Theophanes (p. 280.): Ηρακλειος δε την Συριαν παταλιπων, ως απελπισας, επι την Κπ. απηει; Barhebraeus vero ex Brunsii interpretatione: „Heraclius, re desperata, Antiochia Cpolin migrauit, dicens: „σωζει Syre (rectius: *Syria*), i. e. mane in pace o Syre (*valeas Syria!*); copiisque interdixit, quominus christianos huius regionis „depraedarentur. At magis quam Arabes, Romani hi abegerunt, quicquid inuenierunt.“ *) Hic, quae vltimo loco de Heraclio dicit interpres, prorsus aliena sunt a mente auctoris, qui si vera narravit, e Syria decessurus imperator milites suos per regionem hoc ipso consilio dimisit, vt incolas christianos expilarerent. Certissima enim est in verbo מושׁ, ex Syrorum loquendi vsu, *mittendi et dimittendi* vis; contra, quam interpres ei substituit *interdicendi* significationem, eius non puto vsquam repertrum iri exemplum. Nescio, qui factum sit, vt in eodem hoc verbo saepius offenderet Vir Cl. veluti versionis pag. 93, vbi pro verbis: *quare eum pace composita secum tenuit*, in textu haec sententia habetur: *post aliquot annos* (proba enim est lectio שׁניא)

*) Similia de Heraclio Syriae valedicente inuenies apud EUTYCHIUM II, 281. ELMACIN M, p. 28. et ABULFEDAM Ann. Moslem. I, 226. In textu Syr. Barhebraei מושׁ sine dubio est Gr. σωζει vale! Eius loco in eiusdem auctoris libro Arabico s. Historia Dynast. p. 179. legitur صَوْمَ, quod POCOCKIUS voluit esse Gr. καιοει. At si addito puncto legeris صَوْمَ, plane idem erit quod textus Syr. offert.

נִישׁ, nec in נִינָשׁ, quod voluit, mutanda,) *eum liberum dimisit*; iterum p. 129, lin. 18, vbi verbis: *quos seruauit*, haec substituenda sunt: *quos liberos dimisit*, nec non p. 186, lin. 7. versionis, vbi quae interpres reddidit: *quo captiui et homines malefici inclusi erant*, contrario plane sensu B. dixerat: *carcere emiserunt maleficos*. Quinto in loco, pag. 122. Kirschius versionem iam emendauit.

Ad pag. CVIII. T. et Vers.

Omarus chalipha, Edessa per ditionem accepta, *Telam et Daram armis expugnauit*. Hoc dicit Barhebraeus, non, quod interpres eum dicentem facit: *arces et monasteria expugnauit*. Neque enim תַלְלָא aut, quod legere malim נִילָה, vnuquam, quod sciam, *arces* significat, et *monasterium* דִירָא semper, nullibi דָרָא dicitur. Nomina illa sunt oppidorum Mesopotamiae haud ignobilium *). Cedrenus de eadem re (p. 429.) παραλαμβανει ιαδ την Ἐδησαν λογοις, την δε Κονσαντειαν πολεμω, ὅμοιως δε Δαρας. Paria, sed fusius narrata, apud Theophanem (pag. 282) leguntur. *Telae* loco vterque *Constantiam* posuit, quod non est nisi aliud nomen eiusdem vrbis, quae Syris *Tela*, vel etiam, vt ab aliis cognominibus Syriae et Mesopotamiae vrbibus discerneretur, חַלָא דְמֻזָלָה *Tela Mozalae* dicta fuit **). *Jadus* a Cedreno, *Jasdus* a Theophanc vocatur Arabum dux, qui vrbibus illis et omni omnino Mesopotamia potitus fuerit. Hunc non alium esse, ac *Saadum* (סַעַד), Barhebraeo paulo ante

*) Vid. ASSEMANI *Diss. de Monophys.* B. O. T. II.

**) Vid. ASSEM. l. c. Conf. et C. MANNERT *Geogr. d. Gr. u. R.* T. V. P. 2. p. 303. s.

ante *) memoratum, Assemanus censuit. Sed verior est sententia Th. S. Bayeri C. Hist Osrh. p. 275., *Jasdum* Theophanis s. Cedreni *Jadum* eundem esse statuentis copiarum Omari praefectum, cui secundum scriptores OO. nomen fuit عياص دار غنم *Eiads Fil. Ganami*. Huic enim et Elmacinus **) variarum Mesopotamiae vrbi, et Barhebraeus in chronico Arabico (p. 178.) Edessae nominatim occupationem diserte tribuunt.

Ad pag. CXXIV. lin. II. ss. et CXVI. T. Syr.

Agunt hi loci de Mardaitis, acerrimis illis Moslemorum hostibus. In priore quidem vocantur מריידא, quod *rebells* vertit interpres post Assemanum (B. O. T. I. p. 502.), qui censuit, id nomen iis Justiniani demum Rhinotmeti aetate, atque eam ob causam impositum fuisse, quod inconsulto imperatore bellum gesserint cum Saracenis. Evidem huius nominis originem repetere malim a iugis Libani inaccessis, praecipua istius gentis sede, arcibusque, quas ibi tenebat, munitionissimis ***) Sed certius hac de re statui posset, si minus obscura

*) *Cbron* p. 106. T. lin. 10. vbi post נבד inserendum est haud dubie צין, *Saadus Fathrippa* i. e. Medina *profectus*, *egressus est*, non, vt interpres intuita verbi נפק significatione vertit, *Fatrebum* *venit*. Vtrumque docere eum potuerat ASSEMANUS B. O. T. III. P. I. p. 423.

**) *Hist. Sarac.* pag. 25. vbi, quae in edito textu vitiouse leguntur: عياص دار عيسى, ex Eutychio et Abulpharagio correxit KOELLEAUS in *Repertor.* P. XI, p. 197. s.

***) enim, vnde deriuatur מירודא (عيسى), *Syris est munitus, inex-
pugna-*

esset vox לִימְרוֹא, qua tanquam glossa alteram exposuit Barhebraeus *). Altero in loco iidem dicuntur מַרְיוֹרְתָא, forma, quae

pugnabilis, velut de arce Chron. p. 98, 329. et omni loco *inaccesso*, p. 296. et 490. מַרְדָא etiam et בֵית מַרְדָא, substantiue *arx munita*, et omnino *validum munimentum*, Chron. p. 459. 474. vnde et חַסְנָא p. 9. chron. l. 5, Brunsio interprete *castella ad rebellandum*, reddiderim potius *castella in munimentum*, i. e. *quibus se tuerentur*.

* לִימְרוֹא satellites vertit BRUNSIUS, collato fortassis Chald. לִימְרָא cui hanc significationem, ex Glossae magnae in Numerorum librum unico loco petitam, sed neque nostro loco satis aptam, in lexico suo tributerat BUXTORFIUS. Mihi Graecae videtur esse originis, etsi adhuc ambigo, vtrum ex λαφυρα praeda ducta vox *praedones* notet, λαφυραγγεις, an potius cum λιπαρης componenda *pertinaces* et strenuos significet. Ad nostrum locum nihil facit, sed alio pertinet, quod in additamentis ad Castelli Lex. ex Isa Bar Ali attulit b. MICHAELOS: حَبَّي i. q. لَيْمُرَا feruens. Qua glossa a Michaele minus intellecta dudum suspicatus sum, Isam, لَيْمُرَا, s. quod legere malebam, لَيْمُرְוָא, de *febri* explicasse. Quippe noueram, حَبَّي de *febri*, e Golii licet Lexico exulet ea significatio, frequenter tamen, ne de Abulfaragio, Abulfeda aliisque dicam, a medicis Arabum, quales Ebn Sina et Rhazes. Vnde colligere in proclivi erat, per حَبَّي expositum, Graecum esse λεπτυγια s. λεπτυγια, quod Arabica etiam ciuitate donatum ex Ebn Sina Castellu; adnotauit. Et docuit me Cl. Lorsbachius, quicum hanc conjecturam communicaueram, vere in Isae glossario plenius ita legi: لَيْمُرְوָא الْحَبَّيُ الَّتِي يَكُونُ مَعْهَا بَرْدٌ غَالِبٌ فِي يَاطِنٍ i. e. λεπτυγια dicitur *febris*, quam vehemens comitatur *frigus internum cum calore externo*.

quae proprius abest a Gr. Μαρδαιται, indeque manifesto petita. Quae illic memoriae prodidit Barhebraeus, Mardaitas a Constantino, Heracliī pronepote, Moslemis immissos omnem regionem inde a monte Galilao ad montem vsque nigrum, nec non totum Libanum inuasisse, vt ingens per eos detrimentum res Moslemorum cuperit, ex omni parte consentiunt cum Theophanis testimonio (p. 295.) τιτω τω ἐτει (anno IX, Constantini) ἐισηλθον Μαρδαιται εις τον Λιβανον, και ἐκρατησαν ἀπό τη Μαυρα ὁρας ἔως της αγιας πολεως, και ἐχειρωσαντο τας της Λιβανου περιωπας· και πολλοι διλοι και αιχμαλωται και αιτοχθονες προς αυτης κατεφυγον, ὡς δι' ὅλης χρονιας εις πολλας χιλιαδας γενεσθαι, quae verba et Cedrenus (p. 437.) repetiit. Quemnam montem *Galilaeum* dicat B. quum id nominis alibi me legere non memini, dicere non habeo *). Mons vero *niger*, quem cum Theophane et Cedreno B. dicit, Antiochiae vicinus est, teste Stephano Edenensi (in Assemani Bibl. Orient. T. I. pag. 496. 497.) جبل السويدية بـالـقـرـبـ من مـدـيـنـةـ اـنـطـاـكـةـ Mons Suwidia, i. e. niger prope Antiochiam, nec non ipso Barhebraeo chronici p. 300, vbi narrat, Turcas in agrum Antiochenum incurrentes occidisse monachos complures, montis nigri incolas **).

Altero in loco (p. 116.) narrat Barhebraeus, Abdolmalecum

*) Suspicari possis, טְרֵרָא דְגַלְילָא vocari a Barhebraeo *montem oliueti*, quippe cuius pars aliqua dicta fuit recentiori tempore *Galilaea*, ob causam a RELANDO indicatam Palaest. T. I. p. 538. 339. 341.

**) Conf. et LORSB. Archiv P. I. p. 171.

cum chalipham a Mardaitis, Libani incolis, pressum, pacem cum Justiniano (Rhinotmeto) in annos 10 his legibus iniisse, ut imperator praedones suos ad 12000 numero ex Moslemorum ditione deduceret, chalipa vero ipsi vicissim in singulos dies 1000 nummos aureos penderet, cum uno equo et seruo uno. Etiam his ad verbum consona tradidere Theophanes, Cedrenus et Zonaras, Justiniani notantes imprudentiam, qua gentem istam bellicosissimam, aenei muri ad instar Moslemos a terris Graecorum arcentem e sedibus Libani in Armeniam transtulerit. Quod qua arte apud Mardaitas usus perfecerit imperator, ex Stephano Edenensi refert Assemanus *).

Ad pag. CXVI. Vers.

„Mortuo Jezido, filio Moawiae defecit *Mubthar* vir astutus, vafer et hypocrita in regione Cufensi.“

Pro *Mubthar* מֻבְתָּהָר haud dubitans rescribo *Muchthar*, consentientibus et Elmacino (cap. XI, XII.) atque Abulfeda (A. M. I. 408.) qui ^{مُبَتَّهَر} exhibit, et Theophane (pag. 300, 303 et 304.) cui nunc *Mughaṣṣ*, nunc, quod rectius, *Mughaṣṣ* vocatur iste rebellis. Contra in *מצדינא*, cuius loco Bruns V. Cl. (not. 123.) legendum coniecit *מצידנין*, e verbo *צַדֵּךְ* ductum, quasi a *venandi*, quae ei subest notione, ita appellatus sit *vafer*, correctione nihil opus. Neque enim infrequens est in *צַרָּא fraudis et ludificationis* vis, ut haud dubie dicatur *impostor*, *ludificator* et h. l. et pag. 152. vbi ab interprete *speculator* redditur. Ita vero iure dicebatur *Muchtharus*, quippe de-

com-

*) *Bibl. Orient.* T. I. p. 502, nota 11.

commercio gloriatus, quod cum Michaele caelesti genio sibi intercederet, vnde cognomentum الْكَذَابُ, ḡasab ab Arabum historicis et Theophane ipsi inditum. Plura de eo collegit Reiskius ad Abulfedae Ann. Mosl. T. I. not. histor 176 et 187.

Ad pag. CXX. Vers.

Justinianus vulgo Rhinotmetus, post decem annorum exilium, ope Chazarorum et Bulgarorum in regnum restitutus, Leontium, Apsimarum multosque magnatum de medio sustulit. His enarratis subiunguntur, quae interpres reddidit: *in causa* *suit*, *quod Romanum imperium a Thracibus laceraretur*. Quam versionem a mente auctoris alienam esse, ipsa res satis docet. Sed et spondeam, non repertum iri locum, vbi טְרָקָא Thraces sint, quibus potius in Syriacis חַרְקִיאָה nomen est ordinarium. Illud contra *viros nobiles s. primores* designat, veluti Chron. pag. 114. lin. penultima, vbi דְרֹמֵיָה optimates sunt *Romanorum*. Nostri igitur loci sententia haec est: Caedium frequentia effecit *Justinianus*, ut *res publica Romanorum viris nobilibus orbaretur*. In rem Theophanes (p. 313.): ἀναριθμητον δε πληθος εκ τη πολιτικη και σφαγιωτικη καταλογυ απωλεσε cet.

Ad pag. CXXIV. CXXV. T. Syr. Vers. p. CXXVI.

Pseudo-Tiberius, cuius historia hic legitur, filius haberi voluit, vt arbitror, non Constantini, sed Justiniani Rhinotmeti, quem vna cum filio Tiberio neci datum a Philippico fuisse pag. 119. extrema narrauerat Barhebraeus. Librarii fortassis



negligentia posterius nomen, compendiarie scriptum יוזט, cum altero טסְרָק confudit, quanquam et fieri potuit, vt ipse auctor memoria lapsus pro Justiniano nominaret Constantinum. Theophanes (p. 344.) saltem et Cedrenus (g. 457.) testantur, illum se tulisse *Justiniani* filium; nec potest dubitari, quin eundem voluerint impostorem, de quo sermo est in chronicis, quum et de Tiberii nomine ipsis cum Barhebraeo conueniat, et de tempore, quo res contigerit, Heschami videlicet, quem Ἰσαῦ vocant, aetate. A quo chalipha Graeci pariter et Syrus narrant, libenter exceptum fuisse Pseudo-Tiberium, regioque cultu ornatum, quibus illi hoc etiam addunt, chaliphae eum iussu omnem Syriam obiisse, splendido usum apparatu et regio satellitio stipatum. Atque huc pertinent, quae Edessae illum fecisse prodidit Barhebraeus, ab interprete minus recte intellecta et sic potius vertenda: *Edessam quum venisset impostor, pro more*) imperatorum Graecorum**) ipsum templi adytum, ubi erat altare, ingressus, suis met manibus sancta dona (eucharistiam) de mensa vitae sumsit; vbi חיה non de vino accipiendum, sed mensam vitae idem esse quod altare,* Kirschius (not. 133 *.) iam monuit.

Sed

*) In textu pro איזרא reponendum עירא consuetudo.

**) גַּר מִדְבָּחָה (penetrale altaris) vocatur sacrarium s. chorus, qui et Graecis nonnunquam, θυσιαστηριον. In hunc locum intrandi iure ga- uisos esse imperatores, aliis laicis inde exclusis, voluit Barhebraeus. Conf. THEODORETI H. E. L. V. c. 18. Concil. Trull. can. 69. et ad eum THEOD. BALSAM, nec non CODIN. CURIOPAL. de offic. Const. c. XVII. p. 126.

Sed magis etiam aliena est a mente auctoris eorum, quae proxime sequuntur, versio Brunsiana: „aduocauit *Judeos*, ut „adducerent eum ad *magos*, et *praefectum Haranensium*, ut eum ho- „noratum videret, tanquam stirpem familiae suae. Postea nudatus „est miser ille et occisus.“ Quae, si quid video, ad verbum sic erant reddenda: *Judeos adiit*, ut *manes sua causa euocarent*, nec non *praefectum Haranensium*, ut de se *hepar inspiceret*, (exta consuleret), nimirum cognitus, quo tandem res sua es et evasura. *Ad postremum fraude detecta miser ille affectus est suppicio.* Primo enim constat, Syr. זכריא pariter vt H. אוב, *manes esse ab inferis excitatos*, vt de rebus futuris consulerentur, Leuit. XIX. 31. XX. 6. Jes. VIII, 19. XXIX, 4. praesertim vero 1 Sam. XXVIII, 7. vbi necromantis Endorea, in textu Hebr. dicta, ab interprete Syro vocatur מיסקא זכריא, *adscendere iubens s. euocans manes.* Eadem formula, sed addita vti hoc chronici loco particula ב, מסקת בזכריא de *feminis satirinis* Chron. pag. 341 occurrit. Deinde aliud haud dubie diuinationis genus indicatur verbis: דנחוּר בכברא. Neque enim cum interprete explicandum est Syriacum ex כבודא ex Hebr. כבוד, *honor*, quam verbi vim minime admisit Syrorum peculiaris loquendi consuetudo, sed idem valet, quod Hebr. קבר iecur, integra autem formula חור בכברא respondet manifesto Hebraicae ר, Ezech. XXI, 22. ἡπατοσκοπησασθαι, iecur inspicere, victimarum exta consulere. Tum per *Haranenses Sabii* intelligendi sunt, qui Chron. p. 176 et 203. plenius dicuntur חנפא חרניא, *ethnici Haranenses*, et in texta Barhebraei Arabic p. 281. الصادي الحراني Sabii Haranenses. *Haran* enim s. *Carrae*, vrbs Mesopotamiae,

teste



teste Ibn Haucal in Tabula istius regionis Abulfedaea prima-
ria fuit Sabiorum sedes, ob delubrum in colle exstructum,
cuius antiquitatem inde ab Abrahamo repegebant, sanctissime
ab ipsis culta. De Haranensibus et Sabiis qui multa ex libris
etiam scriptis collecta Historiae suae Orient. L. I. cap. 8. pro-
didit, Jo. Henricus Hottinger, ibidem pag. 263. ex Moham-
mede Ibn Isaac catalogum exhibuit *principum s. praefectorum*
Haranensium (رسا الصابريين الكنديين) qui inde ab aetate
chaliphae Abdolmaleci Merwanidae se exceperunt. Vnde clari-
rus iam intelligitur, quemnam hoc chronici loco רישא דחרניא
dixerit Barhebraeus. Denique formula שרבא, alibi etiam
in chronicō obuia, dialecto Syr. videtur fuisse peculiaris.
Equidem in aliis dialectis me similem eius inuenisse non me-
mini. Nec mihi satis adhuc constat, fateor, quae propria fue-
rit verbi שרב significatio. At non longe me tamen a vero ab-
errasse in explicanda formula שרבא, vel sola sententiae,
quam ei subiicio, cum ipsius loci et seriei ratione conuenientia
clare, ut opinor, ostendit. Hoc saltem pro certo habeo, שרבא
in ista loquendi forma de *re s. negotio* accipiendum esse, non
de *familia*. Simillimus loci nostri, construendi etiam ratione,
ille est, qui p. 389. T. habetur, vbi verba: ושרך שרבך להי ר, si mecum reddideris: *eo tandem res eius peruenit*, ut etc. habebis
quod res et ratio requirit; sin interpretem secutus vertas: *res*
tamen eius adhuc integra mansit, *quia* etc. sententia manifesto
laborabit. Alia constructione, si tamen mendo caret locus, eadem
locutio occurrit p. 208. T. vbi Barhebraeus: *haec pauca scripsi-*
mus, inquit, *ut intelligeretur*, *quam fortunati hi nostrates* (Meliti-
nenses

nenses scil. de quibus locutus erat,) tempore nostro fuerunt,
 וְלֹא יִרְאֶה דָוִוָה אֲשֶׁר כֵּן שָׁרַבָּא
 miseria familiæ incidere tandem possint, ego vertere malim: et
 ad quam miseriam res illorum deuolutae sint.

Ad pag. CXXVI. Vers.

„Anno 1053 (C. 742.) mortuus est Leo, regnauitque
 „filius eius Constantinus annos 34. Ab hoc Artabasus cognatus
 „eius defecit, Constantinopolin profectus est, et in palatio
 „sedit. Imperator vero, quia foris erat, *Aphsiki* aufugit et se
 „ad *incolas Anatoliae* recepit. Accito exercitu penetrauit *Amuram*
 „Phrygum ibique hiemauit. Artabasus coactis copiis
 „eum aggressus est, at superatus effugit.“

Sententia loci, ab interprete minus intellecta, pendet ex
 verbis אַפְסִיקִין et אַנְטּוֹרְלִיקָו. Prius, pro quo tamen
 auctorem scripsisse arbitror, Graecum est ὄψικον ex Lat. *ob-*
sequium ductum, frequentissime apud Theophanem aliosque
 Byzantinos duplii quidem significatione obuum. Nunc enim
 militum agmen quoddam seu legio hoc nomine venit, cui qui
 praererat, Κομης των ὄψικων, qui adscripti erant milites, οἱ των
 ὄψικων dicebantur; nunc ad eam Asiae prouinciam transfertur
 nomen, vbi legio ista in praesidio locari consueuerat, nimirum
 Bithyniam *). Hi iam milites addicti erant Artabasdo, quippe
 qui tum Κομης των ὄψικων; quare, vbi hunc affinem suum impe-
 riū affectare sensit Constantinus, *Opsicianorum*, quorum in
 themate

*) Vid. DUCANGII *Gloss.* in v.



themate hoc ipso tempore versabatur, insidias veritus, quam celerrime se ad aliam, cui magis fideret, *Orientalium legionem* proripuit. Hanc enim, non Anatoliae incolas indicat B. vocabulo ἀντολικόν, quod Graecum est ἀνατολική. Theophanes (p. 347.): ὁ δὲ Κονσταντίνος — — προσδραμών τῷ Θερμάτῃ τῶν ἀνατολικῶν σρετηγγυμενα τοτε ύπο τα λογγινα περιστάζεται υπ' αὐτων. Idem pariter atque Nicephorus (Breuiar. p. 38. ss.) et Zonaras (L. XV. c. 5) has turbas, quas non nisi summatim retulit Barhebraens, pluribus verbis exposuere. Ceterum pro *Amurena* in versione reponendum est *Amorium*, Phrygiae vrbs, et hoc loco, et pag. 110, vbi de *Armenia* perperam cogitasse videtur interpres.

Ad pag. CXXIX. Vers.

„Constantinus Malatiā oppugnauit, exstruxit contra
„eam χαλκωματα, partem muri deiecit, tandem pactus
„est cum incolis Arabibus, quos seruauit, et abduxit ad po-
„pulum Claudiados omniaque oppida Armeniae quartae.“

Quo magis anceps est vocabuli Syr. קְלָקֹםָא cum Gr. χαλκωμα collatio, quae interpreti post Castellum placuit, eo minus dubia est potestas eius, de qua Ephraem Syrus ad Ezech. IV, 2. (Opp. Syr. T. II. p. 169.) קְלָקֹםָא, inquit, *altae sunt structurae, turrium instar, ex quibus pugnatur cum illis, qui in muro sunt, simulque prospicitur in medium urbem eiusque plateas et domos.* Isto in loco Ezechielis apte vsus est Syrus interpres hac voce, frequenter etiam in chronicō obuia, ad reddendam Hebr. דִּיק, quippe quae ipsa quoque ligneam *turrim* significat, qualem

Ephraem

Ephraem descriptsit, et cui machinae quoque imponebantur, quibus lapides eiacularentur oppugnatores ad contundendos vrbis obsessae muros *). Etymon si quaeratur, opportune se offert Chaldaicum קָלַק, quod *proiiciendi* et *eiaculandi* virtutem communem habet cum עַלְקָה, atque ex eodem per commutationem literarum ו et פ, in dialecto Aramaea haud infrequentem, videtur prognatum.

Verbis autem, quae sequuntur, haec subest, vt opinor, sententia: *tandem pactus est cum Moslemis, qui in urbe erant, vt liberos eos dimitteret **), vrbis vero ciues, nec non incolas Claudioe omniumque oppidorum Armeniae quartae deportauit, s. in alias sedes traduxit.* Etenim pronomen אֲנֹנוּ verbo גָּלוּ, *deportauit*, subiunctum, nisi auctorem eorum, quae modo scripsisset, oblitum, secum ipsum pugnare, praeter necessitatem statueris, non poterit ad eosdem Arabes s. Moslemos referri, de quibus dixerat שִׁמְרָן אֲנֹנוּ, *liberos dimisit.* Immo pertinent verba גָּלוּ אֲנֹנוּ ad

*) enim, forma Chaldaica, vt SIMONIS in *Lex.* iam obseruauit, ex דָּקֵק vel דָּקָק ductum, proprie est *contundens, comminuens.* Ipse Barhebraeus quid per קָלְקָרְמָא intellexerit, clare ostendit locus Chron. p. 148. ubi narrat, Bar-Taherum, oppugnatorem Chisumum, struxisse קָלְקָרְמָא, e quibus lapides eiacularentur, quorum unus onus asini pondere aequaret. Conf. et p. 157. A muro autem, quo obsidentes cingere solebant vrbem obsessam, idem קָלְקָרְמָא distinguit Chron. p. 531. id quod obest sententiae b. MICHAELIS *Suppl.* T. I. pag. 440.

**) Vid. quae de hac verbi שִׁמְרָן significatione supra monui pag. 46.

ad Armenios Melitenaes incolas, discernendos a Moslemis, qui
vrbī tantum praeſidio fuerant. Pro אַנְעָמֵל autem quin ſcripſerit
Barhebraeus רַלְעָמֵר, nullus dubitauerim. Quibus admissis pla-
nissime conueniet ipſi cum Theophane, qui ad annum XI.
Constantini Copronymi, (p. 358.) τω δύτῳ χρονῷ, inquit, Κον-
ſαντίνος την Θεοδοſιοπόλιν παρελαβεν ἀμα τη Μελιτινη, καὶ ἤκα-
λωτευσε τας Ἀρμενιας, addens mox (p. 360.): ὁ δὲ βαſιλεὺς Κον-
ſαντίνος Συρρας τε καὶ Ἀρμενιας, τις ἡγαγεν ἀπὸ Θεοδοſιοπολεως καὶ
Μελιτινης, εἰς Θρακην μετωκησεν *). Quam cum Malatia coniungit
Graecus, *Theodosiopolis*, non alia est vrbis atque ea, de qua
paucis interiectis Syrus: anno *Arabum* 135. *Constantinus impera-*
tor obsedit Calonicalam, quae et *Arsan al Rum* **) appellatur. *Vrbe*
potitus eam diruit et desertam reliquit. Vbi pro *Calonicala*,
אַלְרָנוֹןְקָלָא, equidem maluerim *Calicalam*, נַקְלִילָא, Abulfedae
fretus auctoritate, ita efferentis nomen istius vrbis, et in Me-
sopotamiae *Tabula* **), et in descriptione regionis Rumaeae
s. Asiae minoris ***). Vtique in loco ad Chalecanidae testi-
monium prouocans tradit, *Arsan al Rumi* et *Calicalam* non nisi
diuersa eiusdem vrbis esse nomina. ****)

Ad

*) Conf. etiam *NICEPHORI Breniar.* p. 42. 43. et *CEDREN.* p. 463.

**) Vnde quod nostratisbus vſitatum est nomen *Arzerum* s. *Erzerum*.

Vid. Büſchingii *Asia* p. 178. s.

***) Vid. *Neues Repertor* P. III. p. XVII. coll. Versione Reiskii in Bü-
ſchingii *Magazin* P. IV. p. 243.

****) Vid. Büſchingii *Mag.* P. V. p. 304.

*****) Conf. tamen J. Gol. *Not. in Alferg.* p. 245 — 248. sed et A. SCHULT,
Ind. Geogr. v. *Arzeroum*.


Ad Vers. p. CXXX. T. p. CXXIX. lin. 6.


„Hoc anno (Graecor. 1074. C. 763.) egressi sunt Chazarri et abduxerunt homines 50000 ex Gurzanis.“ *Gurzaniorum* (גָּרְזָנִיָּה) nomine, quamnam gentem indicauerit Barhebraeus, nondum plane compertum habeo, aliorumque hac de re sententias explorare, quam ipse quidpiam finire malim. Regionem *Gurzan*, גָּרְזָן, Chron. pag. 117. et alibi passim in Syriacis memoratam, cum *Chorasana* composuerunt J. S. Assemanus et J. D. Michaelis *). Cui opinioni ab hoc quidem satis fidenter, dubitanter magis ab isto prolatae hoc obstat maxime, quod *Chorasanae* nomen et mox eadem hac pagina, et alibi saepissime in textu chronici Syriaco כּוֹרְסָאָן, vti Arabicè خراسان, effertur, a quo nostrum גָּרְזָן scriptura multum differre nemo non videt. Praeterea non in Syrorum tantum scriptis, vt Michaelis opinabatur, גָּרְזָן istud legitur, verum Arabicus etiam Eutychii textus (T. I. p. 54.) nobis offert, a nomine Syriaco nihil discrepans, at longe diuersum a خراسان. Mihi quidem, si de situ regionis quid suspicer profitendum sit, *Gurzania* aut pars esse *Armeniae* videtur, aut certe in vicinia eius quaerenda. Atque duplex in promptu habeo, quo commendare possim conjecturam, argumentum. Alterum hoc est, quod Theophanes Chazarorum s. Turcarum,


H 2

quos

*) ASSEMANI *Bibl. Or.* T. I. p. 355. not. 4. T. III. P. II. p. 752. vbi: *Gurzan regio*, inquit, *an eadem ac Chorasana? an potius Media s. Eraka Agemica?* MICHAELIS vero ad *Cast. Lex.* p. 170: גָּרְזָן regio *Chorasani*, Arab. خراسان. Nempe nomen exoticum, incerta orthographia et libera Arabes per 2 (quin per 2) scribunt, Syri per 2.

quos more suo vocat, irruptione, ad annum Constantini XXIII. relata, nec diuersa ab ea, quam B. memorauit, disertis verbis *Armeniae* illatam fuisse cladem tradit (p. 364.): τω δ' αὐτῷ ἐτε
ξηγαγόν τερποὶ ἐκ τῶν Κασπίων πυλῶν (i. e. portis Caucasiis), καὶ
ἀνειλον πολλάς εἰς Ἀρμενίαν, καὶ ἐλαβον αὐχμαλωσιαν πολλην καὶ
ὑπερεψαν. Alterum repetam ex Gurzaniae iuncta plerumque cum Armenia mentione. Ipse B. Chron. p. 117. pacis Justinianum inter et Abdolmalecum initae conditiones enarrans, *Armeniam* una cum *Gurzania* Romanis concessas fuisse tradit. Similiter in Simeonis Beth-Arsamensis de Nestorianis epistola (Assem. B. O. t. I. p. 356.) regionis *Gurzan* episcopos statim subsequuntur praesules *Armeniae magnae*. Denique Eutychius etiam eo, quem iam excitaui, loco *Armeniam* maiorem et minorē proxime subiungit *Gurzaniae*, eidem vero, quod obseruatū dignum existimo, *Chazarorum Alanorum* et *Abchassiorum* s. *Abasgorum* *) gentes praemiserat. Quem enumerationis ordinem si veri similis sit, a regionum vero situ, quam ab uno Eutychii arbitrio repetendum esse, vix alia latere posse videatur sub rariori *Gurzaniae* nomine regio, quam *Iberia* s. *Georgia*, quae vsitatiore nomine, latius tamen, ut opinor, sumto, ab Arabibus  *Gurgistan* appellatur **). Vtrumque nomen

*) In Eutychii enim textu et T. I. p. 54. et T. II. p. 250. pro  legendum est , obseruante Cl. LORSBACHIO Arch. I. 265.

**) Non confundenda cum  *Gurgania* (Dshordshan), quae austrum inter et orientem mari Caspio adiacet. Vid. A. SCHULT. Ind. Geogr. v. *Georgia*.

nomen nacta esse videtur a fluvio *Gur* s. *Kur* *) qui Graecis
Kυρος dictus Iberiam irrigat, eiusque ab austro limes est, quo
ab Armenia seinxitur. Eandem a septentrionibus cludebant
celebratissimae illae pylae, Theophani l. c. et omnino Byzan-
tinis Caspiae, Plinio Caucasiae dictae **). Ceterum nostro
Gurzan quam ad fine sit et *Zorzaniae* nomen, quo Marcus Pau-
lus (de regionibus OO. L. I. c. 13, 14) Georgiam designauit,
et nomen *Grusiniae* Russorum genti vsitatum, quantumque
speciei hac conuenientia etiam concilietur coniecturae in me-
dium prolatae, iudicent idonei arbitri.

Evidem cum longior iam fuerim, quam ferat in hoc li-
bellorum academicorum genere consuetudo, sine vltiore
mora ad ea progredior, quorum causa haec qualiacunque con-
scripsi.

*) Quae deriuatio nominis *Gurgistan* WAHLIO V. Cl. aliisque viris D.
iam in mentem venit. Conf. Cl. ROMMELII *Caucas. regionum Stra-
bon. descr. Exc. IV. p. 66. s.*

**) Vid. MANNERT *Geogr. d. Gr. u. R.* P. IV. p. 420. ss.

Circumactus est annus, quo iterum gessi magistratum academicum iamiam deponendum. A vicissitudine fortunae, cui obnoxiae sunt res humanae, neque hoc temporis spatio academia nostra fuit immunis. Passa est iacturam Viri perillustris atque experientissimi, ERNESTI GODOFREDI BALDINGERI, cuius mortem etsi hebetatae iam ab aliquo tempore vires prae-significauerant, aegre tamen tulerunt, quicunque viri eruditionem amplissimam famamque insignem recte aestimare scirent. Deinde GEORGUM FRIDERICUM CREUZERUM, Virum Cl. non sine dolore amisimus, qui literas Graecas et Latinas docendi munere egregie hic functus, ad earundem literarum cathedram ornandam, Heidelbergam vocatus est, eoque discessit. Vnum e ciibus academie praematura morte nobis ereptum doluimus, Joannem Henricum Immigium, medicinae studiosum, Zierenbergensem.

In faustis, quos academia experta est, euentibus primo praecipuoque loco ponenda est SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS gratia, qua hancce literarum sedem amplecti, tueri et ornare perrexit. Neque minus praedicanda est Curatoris academie, Generosissimi et Illustrissimi WAITZII L. B. AB ESCHEN, in sanctiori Electoris consilio status Administris cet. eximia, qua rebus nostris consuluit, benevolentia, cuius nouum



nouum et insigne hoc anno exstitit documentum. Quo enim res academicas accuratius cognosceret, et de earum splendore augendo consilia salubria iniret, Ipse per aliquot dies apud nos commoratus omnibus, quae ad academiae salutem spectarent, inquirendis operam impedit singularem. Quae Viri summi et humanissimi praesentia, nobis exoptatissima, vti ad academiae incrementum haud parum iam contulisse visa est, ita plura etiam, quae eiusdem saluti conducant, confidentius exspectare iubet.

Summae vero benignitatis, qua hoc quoque anno academiae commodis prospexit Princeps Elector Serenissimus, documentum exhibent nomina professorum, quibus vniuersitas nostra literaria aucta est atque ornata. Ordini Medicorum additus est Vir experientissimus IOANNES HENRICUS STERNBERG, qui Goslariae artem medicam exercuerat, CHRISTOPHORUS VLLMANN autem, Medicinae Doctor, eiusdem scientiae nominatus est extra ordinem Professor. Ad tradendas disciplinas philosophicas Iena huc euocatus est GUILIELMUS THEOPHILUS TENNEMANN, Vir clarissimus, quae vero Viri egregii, Ioannis Henrici Jungii abitu vacabat oeconomiam politicam docendi prouincia, Viro clarissimo, BLASIO MERREM, eiusdem hactenus in academia Duisburgensi Professori indeque aegre dimisso, fuit demandata. Vices Cl. Creuzeri, Heidelbergam hinc auocati, CHRISTOPHORUS ROMMEL, Philosophiae Doctor, explore literasque Graecas et Latinas extra ordinem docere est iussus. Qui ecclesiae catholici-



tholicae in hac vrbe nuper constitutus est pastor, V. V. IOANNES CASPARUS MUELLER, Philosophiae et Theologiae Doctor, antehac historiae ecclesiasticae Professor ordinarius Moguntinus, et Facultatis theologicae Assessor, ius ecclesiasticum catholicorum in hac academia docere iussus, et in Professorum philosophiae numerum extra ordinem est relatus. Tandem silentio non est praetereundum, institutis, quae ad rem obstetriciam et anatomicam spectant, noua ordinatione esse prospectum, neque non professorum quorundam aucta fuisse salario.

Quod reliquum est, quum ipsa hac die sceptralia academica tradenda sint novo Prorectori, huic actui solemni ut interesse velint ILLUSTRISSIMUS S. R. I. COMES HEREDITARIUS BENTHEMIENSIS, MAGNIFICUS ET PERILLISTRIS ACADEMIAE PROCANCELLARIUS, PROFESSORES VENERANDI, ILLUSTRES, EXPERIENTISSIMI, EXCELLENTISSIMI, GENEROSISSIMI denique ac NOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES, ea, qua par est, obseruantia atque humanitate rogo.

Dabam MARBURGI ipsis Calendis Januarii A. CCCLCCCCV.





D Dc 1743
1743



